



R. 57567 SELECTIORES A-02298 (2)
EX R. P. M. Fr. JO. LAURENTIO BERTI,
Ilmō. Melchiore Cano, nec nō
Oscénsi Fastographō

THEOLOGICO-DOGMATICA, POLEMICA, SCHO-
lasticæ, Historicæ, et Chronologicae
Positiones,

QUAS PROVINCIÆ COMITIORUM INTER-
solemnia sub auspiciis

P. Fr. VALERII A S. THERESIA, LECT. JUBILAT.
- Cesaraug. Archidiacéos Synod. Examinatoris nec
nō Augustinensium Coronæ Aragonia
Excalceatorum à Secretis
in corundem

EXTRA Muros
CESARAUGUSTANO TEMPLO
público AGÓNI SISTIT

Fr. EMMANUEL A SS. TRINITATE,
EJUSDEM INSTITUTI PROFESSOR.

Die 22 Aprilis, Anno MDCCXC.



Vesp.

Hora III.

Cesar-Augusta : Ex Officina Joannis Ibañez, Bibliopolæ.

M.C.D. 2022

2.298

A

M.C.D.

M.C.D. 2022

A. 2.298



R. 57.566

T. 460913

T. 460944

T 461036

C 2239290

R. 57.567

SELECTIORES

A-02298 (2)

EX R. P. M. Fr. JO. LAURENTIO BERTI,
Ilmō. Melchiore Cano, nec nō
Oscensi Fastographō

THEOLOGICO-DOGMATICA, POLEMICA, SCHOLASTICA, Historica, et Chronologica
Positiones,

QUAS PROVINCIA COMITIORUM INTER
solemnia sub auspiciis

P. Fr. VALERII A S. THERESIA, LECT. JUBILAT.
Casaraug. Archidiacēeos Synod. Examinatoris nec
nō Augustinensium Corona Aragonia
Excalceatorum à Secretis
in corundem

EXTRA Muros

CESARAUGUSTANO TEMPLO
PÚBLICO AGONI SISTIT

Fr. EMMANUEL A SS. TRINITATE,
EJUSDEM INSTITUTI PROFESSOR.

Die 22 Aprilis, Anno MDCCXC.

Hora III.



Vesp.

Cesar-Augusta : Ex Officina Joannis Ibañez, Bibliopolax.

Non abs re factum puto, si theolô-
gicas disciplinas ex Antiquorum plácitis,
studiisque Recemptiòrum compléxus fue-
ro, in quibus nova simul, ac vétera pro-
ferantur, omniaque ad certa principia,
duce presertim, ac facem præferente
AUGUSTINO, quantum pôterit imbe-
cillitas ingenii mei, revocávero. Verba
sunt Cl. M. Berti in Parènesi ad Au-
gustinenses theològ. disciplinis formandos.

M.C.D. 2022



Mateo González del Castillo. N.S.DEL PILAR. Se vende en Casa de Crimenes Librería
M.C.D. 2022

BEATISSIMÆ DEIPARÆ,
EXCALCEATORUM
CORONÆ ARAGONIAÆ
AUGUSTINEN.

CELEBERRIMÀ SUB INVOCATIÓNE

**DE COLUMNA
TITULARI.**

Nudipes Aragonia Magni Augusti-
ni sòboles studiòsæ juventuti Co-
mitiòrum intèr solemnia sacræ nunc pri-
mùm Facultatis oblatùra Positiones; non

celebratissimis Latinorum, Grecorumque
Poetices, ne Hispànicæ quidèm erudi-
tionis Mecænátibus, sed TIBI potis-
simūm, BB. Deipara, istud sistere
qualecùmque munùsculum, jure, sapien-
terque decrevit. Illam enim ea mente,
eòque consiliò præditam esse novimus ut
cui multis abhinc annis summum splen-
dorem, augustùm nomen, felicem propa-
ginem, pietatem vèluti ingenitam, at-
què faustum omne refert accèptum, ei-
dem ètiam, beneficii non immemor, PP.
CC. coràm Thèseon primitias consecra-
ret. Enim verò ab eà felicissimà èpo-
cha, nobisque non omnino absquè sumà
gratulatione recensendà; quìm nimirum,
in Spíritu Sancto congregàti, Majores
nostri TE suprèmam mundi Cælò-
rumque Reginam, Aragoniæ Recollèc-
tæ Genti in Titulum juxtà, ac Tute-
lam adsciverunt, quod Matriti profec-

tò Annò V. Æ. millesimò sexcentesi-
mò dècimò septimò factum novimus: ab
eà, inquam, felicissima epochà, jure
quidèm gratulatur Provincia Nostra,
alteram sibi novello Israel nubis, et
ignis COLUMNAM affulisse, quà
et Erènum Augustiniànam, quasi al-
teram solitudinem Ethan in magna
temporum vicissitudine secura percoleret,
et religiosæ pietatis stadium, velut ig-
neis talàribus progrediens, bevi confice-
ret EXCALCEATA. Hæc quidèm om-
nia gratò perpendens ànimò Augustini
Familia, dum TUO gloriam conges-
sise Nomi affectat, non nisi suum
tantis sub auspiciis splendorem ambire,
atque novò titulò, novàque ratione per-
quirere, videatur. Munùsculum, quip-
pè fore crèdidit, suè nedum humilitati
dignum ut æstimandum sit; verùm et
TUÆ Celsitudini visum non ire pèni-
tus

tus indignum, arbitretur. *Ab!* Ipsam
utinam non fallat voluntas anxia. *Enim*
verò, exiguum grati pectoris significa-
tionem benignus dignata excipere si fue-
ris, haud omnino dixerim, *Virgo Dei-*
para, suspicioni vel levissimae obnoxium
fore, *Fac ergo*, semel, iterumque ob-
testor. ne *TUÆ* donum Provinciæ ads-
pernetur Majestas *TUA*, cuius nomine
devinctissimum *TIBI*, seque obse-
quentissimum profitetur.

Fr. Emmánuel á SS. Trinitáte
Filius mínimus.



CAP. I.

DE PROLEG.

AD SACRAM

THEOLOG.



ON fabulosam illam Theologiam, quâ in Theâtris utebântur Ethnici, nec phisicam áliam, ac naturálem, ab AA. Philosophis pro Deorum investigandis genèsisibus usurpátam; sed sacram, et quam rerum divinarum ex revelatis principiis comparâtam doctrinam appellat M. Berti, penè principes ejus disputationes, atquè tractatus, inspectâ Sanctissimi Parentis, ac Doctoris nostri Augustini mente, distinctis capitibus adsúmimus defensandam.

I.

I. Et primò quidem illius in positivam, scholasticam, mysticam, polemicam, dogmaticam &c. partitio-nes probamus, parati reddendo int̄ omnes discrimini lubenti animo.

II. Firmamus deinde, eam propriè esse stientiam, tūm speculatricem, tūm prácticam, cuius *adtributionis* objēcū Deus; *adequatum* autem omnis conclusio, *formalē* vero est ipsa divina revelatio.

III. Scholasticam novimus profligandis hærésibus, fideique servandas summè útilem, ac ncessariam: útilem etiām, nec tanèn necessariam omnino mèthodum, ad quam illam S. Joánnes Damascenus, et Sent. Magister; vel potius S. P. Aug. (*) revocavéte.

IV. Theologo præterea Dialecticæ, et Naturalis Philosophiæ necessarius est usus.

V. Quæ tamèn, quum óperæ prétium expotularit, erunt ipsi, divinæ revelationi subnixo, in fidei obsequium captivanda.

VI. Ergo Thologus et divina revelatione, et humana ratione dúcitur in suorum theorematōn demonstratiōne. Vel si mavis, auctoritatē dúcitur, quæ novèm Locos Theologicos constituit, et ratione. Quænam autem sit nostra circa singulos mens, seqq. apériemus.

CAP.

(*) „Si quid de fide distincte sentimus, aperte dicimus, aut dentur assérimur, id totum Augustino debémus. Ipse enim „Theologiæ, quam Scholasticam vocant, formam primus invénit, quem imitati sunt Mag. Sent., Alex. de Ales, S. Thomas, S. Bonav., Scotus, Ricardus, et cæteri Scholastici Doc-tores.“ Ita S. Thomas à Villanova (Conc. 1. de S. P. Aug.)

C A P. II.

DE PRIMO LOCO THEOLOG.

SACRA NIMIRUM

S C R I P T U R A.

QUAM Supplementum de *Lociis Theologiciis*, quod jam diu in Proleg. ad Theolog. Cl. M. Bertii despónderat, *aliis*, ut ipse ait, *distráctus opúsculis*, et communi mortálium fatò prävénitus, numquām perfécerit; Satiūs ipsi vi-
sum est in Schól. postr. Venetæ edit. Adolescéntes com-
monefáceret, ut Illmi, et Eruditiss. Melchioris Cani
eléñchum eâ de re consúlerent. Morem ergo nos con-
silio quidem óptimo geréntes, Canumque ipsum, non
secús, ac celeberrimum Augustinián. Theologum, qui
Buzianæ Synópsi quintum de eodem argumento volu-
men addidit, sectántes, fituramus:

I. Theologicos interlocos, quo nomine instituen-
dorum argumentórum sacerdotiis dogmáti bus confirmándis,
atque tuéndis fontes intelligimus, primam sedem ob-
tinere Scriptúram S., id est, N. ac V. Testamentum,
in quo Deus sua hominibus mystéria revelávit.

II. Scriptúram deinde certis quibúdam Libris com-
prehéndi, quorum varii fuérē, cùm penè Hellenis-
tas Hebraeos, ac Palæstinos, tūm in Cathólicâ Eccle-
siâ cathálogi, donèc Trid. Synodus in Vèteri Vul-
gatâ contentos sacros, et canónicos (numerō 72.) de-
claravit.

III. Eorum nonnulli Protocanonici vocantur, quos ab ipsis primórdiis statim amplexáta est Eccléssia. alii

Deuterocanónici , tractu iémporis in divinorum Libró-
um album relati.

IV. Inspectâ porrò matérie , de qua sermo in eis
sit , quosdam legáles , sapientiales àlios , nonnúllos his-
tóricos , prophetales permúltos recitè dixeris.

V. Quemádmodùm et omnes singulórum senténcias ,
ac plurima verba quadruplicem sensum nimis vulgátum
sortiri posse.

VI. Certum prætéreà , atquè perspectum nobis est ,
numquàm omnínò , nè in ipsâ quidem babylonicâ cap-
tivitate , nec sub Antiochi prophanatióne sanctos Scrip-
túræ Códices periisse .

VII. Qua próptèr Esdram , velócem in lege Dómi-
ni scribam , eosdem instaurásse , aut hebráicum cànونem
confecisse , negamus omnínò .

VIII. Ad eòrum etiam aspháliam quod attinet , ta-
metsi divinis Scriptoribus præsentissimam fuisse credà-
mus eam S. Spiritus adstantiam , quæ nequé in sén-
sibus , nequé in verbis deceptiōnem ullam paterétur :
nihiloseciùs minúscula etiam verba , còmmata , et ápi-
ces ab ipso S. Spiritu dictáta fuisse , nèc fide , nèc
ratione cogimus adsétere .

IX. Fatémur ergò , principem Sacrórūm Bibliórum
Auctòrem esse Deum ; secúndum autem hóminem il-
lum , quô tamquám instrumento Deus usus est .

X. Iste relatè ad Códices , Pentatheúcum integrán-
tes , est Móyses ; non secùs , ac Jósue Libri , qui ejus
nomen præséfert .

XI. Non ità Júdicum , Regum , Paralipomenon , ac
secundi Esdræ , quorum incértus est Auctor .

XII. Tobiæ verò Scriptúræ plerique vidéntur Autó-
graphi : duódecim priórum cáp. Pater ; duórum poste-
riorum Filius , dēmpiò quidem binò postremò ¶ . , ab
uirisque Tobiæ commentariórum collectore adjécto .

XIII. Addimus , Històriam Judith , Esthér , Jobi , Da-
vidisque Psaltérium , summâ afflante divinitate , conscrip-
ta fuisse .

XIV.

XIV. Necnōn Libruin Sapientiæ , quambis eā p̄aeditum conditiōne , qui nēc Salomónem , nēc Philónem quēmlibet habére videátur auctōtes.

XV. Ejusdem suptēmi Numinis instinctu reliquos V. et N. Testam. Libros, etsi vāriō idiomate novimus elucubrátos.

XVI. Si enim demas Machabæórum II. , qui græcè scriptus est , et Thobiæ , Judith , atque Daniélis , qui chaldáicè ; donati fuere V. Testamenti superstites hebraicis verbis , phrasib⁹s , caracteribus.

XVII. Novi deindē Testam. solus Matthæus syriacus est , cæteris græcanicâ lingvâ in lucem éditis.

XVIII. Enim verò sacri codices, hisce primiti⁹s lini⁹s exarati , ad alia p̄ostmodūm idiomata versi fuere; Operā precipue 70. Interpretum , qui Hebræi générēt, Alexandriam à quōdam Ptolomæo, fortassis non eo, qui Pphiladelphus dicitur accersiti, V. Testamentum in græcum transulérunt.

XIX. Antiquissima porró, ac celebratissima isthac 70. vērsio nostriā ē iām xtāte genuīna extat, et authéntica.

XX. Alia p̄atereā fuere, natō Christō , græcanica transumpta, Aquilānum nimirūm, Samaritanum, Theodotiānum, Hierichuntinum, Nicopolitanum, et quæ, cendro digna , furentissimā in Oriēntem Saracenōrum irruptionē misérīmē periēunt, asteriscis etiām (*), obelis (.), lemniscis (=), ac hypolemniscis (÷) distinta, improbō quidēm labore, summisque vigiliis in unum congesisse fertur Origenes, Tētrapla, Héxapla, Octapla.

XXI. Græcis Latinorūm véniant adjungéndi cōdices, qui xtāte SS. PP. Hierón. et Aug. erant prope modum innúmeri.

XXII. E quibus Itala vērsio , à P. Aug. in sacris christianorūm convēntibus adhibita, ad Magnum usq; Gregorium innúmeras una p̄aecelluit auctoritatē.

XXIII. Hōc potissimū tēmpore Hieronymiana vi- gēte cœpir , cunctos comprehéndens hebræic⁹ textus libros p̄atet Tobiam , Judith , et fortē Psalterium.

XXIV. Atquè hæc est Vetus Vulgata Latítorum versio, morum, ac fidei libélla, quâ uititur Ecclésia, quam ornávit Hierónimus, quam à mendis purgáunt Pius IV. et V., Sixtus V., Clemensque VIII., et quam Tridentinum penes accuratiōra exemplária fóntium græcorum, hebraicorumque auctoritati nihil dérogans; jure merito definivit authenticam.

XXV. Summam enim ejus cum suis archetypis consensionem nonnulli etiam hæretici suspexere: in quâ veritatem indeclinabilem, methaphysicam certitudinem, infallibilem sacròrum dōgmātōn doctrinam revelatam præterea religionem altam secum ipsā conexiōnem; antilogiam, contradictionemque nullam, deprehēdere quisque possit.

XXVI. Textus ergo, quos hæretici solémne ducunt, sibi invicem oppósitos traducere, non nisi primā fronte, ac specie tenus adversantur.

XXVII. Cujus rei spéciem exhibet seqq. inductio. Cap. I. Gen., et ¶. 2. c. 18. Ecclesiástici. = ejusdem capitilis ¶. 26., et ¶. 44. c. 8. Joan. = Gen. c. 2. ¶. 2. et ¶. 17. c. 5. Joán. = Gén. c. 4. ¶. 26., et ¶. 4. ejusdem cap. = Exodi c. 20. ¶. 5., et ¶. 20. c. 18. Ezechiélis. = Num. c. 14. ¶. 29., et ¶. 1. c. 14. Josue. = I. Reg. c. 13. ¶. 13., et ¶. 10. c. 49. Gén. = Matth. c. 3. ¶. 4., et ¶. 18. c. 11. ejusdem. = Lucæ c. 3. ¶. 23., et ¶. 26. c. 1. Matth. = Actuum Ap. c. 1. ¶. 1., et ¶. ult. cap. postr. Joan. = Quæ ómnia futūrum fore sperámus, ut ab ingeniólo nostro inter se se mutuo conciliéntur.

APENDIX AD CAP. II.

DE NONNULLIS QUÆSTIONIBUS AD SACRA Biblia spectantibus.

I. **M**Osáicam de Mundi creatione Históriam ethnicis quibuscumque præferre, præter divinam

nam illius auctoritatem, etiam sanæ Critices elementa nos cogunt.

II. Augustiniana de sex diebus per Angelicæ dumtaxat cognitiones diversis, ac de simultanea terum omnium conditione sententia digna profectò est, cui subscribat eruditissimus quisque.

III. Evæ productio ex Adámi costa litteralis est, non allegórica.

IV. Isdem verè fecit Deus tunicas pelliceas, ad tegendam corporis nuditatem.

V. Ambo etiā pœnitere patrati criminis, æternam propterera adepti felicitatem.

VI. Paradisus locus erat corporeus supra vertices Montium Ararat.

VII. Primam mundi Civitatem, vocatam Henoch, circa A. M. 150. P. J. 860. a Caino ædificatam credimus.

VIII. Qui Enos putat superstitioni politeismi auctorem, labili nititur fundamento.

IX. Quād Adámi generationes per Seth recensendæ venerint, posthabitā græcorum códicū compundāti tempora ratione, certa nobis momenta suadent, hebræicæ, ac latinæ chronologiaz insistendum fore.

X. Nullā vetante lege ab esu carnium abstinuere antediluviani Patriarchæ.

XI. Illorum anni, ut potè solares, omnino æquales nostris dicendio sunt.

XII. Noacus, semetipsum inebrians, a peccato ereditur immunis.

XIII. Prima fuit, et cunctis prorsus hominibus communis Lingua hebræa.

XIV. Cujus in 72. divisionem, simùlque ingenitem confusionem experti fuere Babelicæ Turris architecti.

XV. Abrám uxori dicens (Gen. 12.) : *dic ergo, quod Soror mea sis*, se non prodit mendacii reum.

XVI. Ipse primus fuit ex omnibus circuncisis; eique injuncta fuit circuncisio in signum, quod et suam proge-

geniem à cæteris secerneret, et originalem máculam ex ópere operántis aboleret.

XVII. Melchisedech Rex Salem, et Divinus Sacerdos; non fuit Angelus, non cœlestis aliqua virtus, non Spiritus Sanctus, non denique Dei filius, sed verus homo, genere Channanæus.

XVIII. Noni peccavit Móises in occisione Ægypti, quem abscondit sabulo.

XIX. Jephte, cum Ammonitis manus congresurus, votum emmisit, cuius in filiâ virgine execútio nimis eum probat insipientem, atquè tyrannum.

XX. Saüli Mulierem, habentem Pythonem in Endor, consulenti, non spectrum, aut larva, sed ipsa Samuélis anima apparuit.

XXI. Nè leví quidem culpa maculatus fuit Job, de dininâ providentiâ cum amicis sermónem texens quam longissimum.

XXII. Summè probabile est, Salomónem impoenitentem mortuum, cum procacissime libidinis, tūm nefandæ idololatriæ æternas in inferno poenas lūere.

XXIII. Praclarissimum Jacobi vaticinium, (Gen. 49) iis verbis expressum non auferetur sceptrum de Iuda &c. convincendæ de adventu Messiae jadaicæ perfidiæ aptissimum est, përemptòrium, et indeclinabile.

XXIV. Promissa ibidem à Jácob dominatio solam Tribum Iudæ comprehendit; minimè totam gentem judaicam, prout opinari Viros, in Théologicis exercitationibus versatissimos, concii nos sumus.

XXV. Rabbinótum ergo testimoniis demonstrabimus, numquām è regiâ Davidis stirpe, nè regnántibus quidem Machabæis, talem ad Christum usque Æcmalotaracham, tantaque auctoritatis Ducem defuisse, qui leges ferret et sceptri habenas moderaretur.

XXVI. Pati firmitudine ex prophetiâ Móysis, V ita (Deut. 18.) loquenter: Prophétam de gente tua sicut me &c. eruitur idem catholicæ religionis dogma, caput, et fundamentum.

XXVII. Addimus in adventus Messiae comprobatio-
nem Somnium Nabucodonosor (*Dan.* 2.); prophetiam
Alicheæ (*c.* 5.); vaticinium Aggæi (*c.* 2.):

XXVIII. Et quod ómnium primum nobis fuisse com-
memorandum, celebratissimum Danielis oráculum (*c.*
9. ¶ 24. et seqq.) septuaginta hebdómades abbreviata
sunt &c.

XXIX. Quárum suppútationem hebdómadum ab An-
no 7. Monarch. Artaxerxis Longim. exordiri, oppórtet.

XXX. Atquè iis momentis innixi, quaæ sub V. Tes-
tamento erant, figúras, jamdùdum succedente verita-
te completas fuisse; venisseque sacri temporis plen-
itudinem, in quâ missus est ab arce Patris Natus, Or-
bis conditor; lubentissimè defensabimus: quemádmodum
et ipsum, nisi Jesum Nazarænum, unigenitum æterni
Patris quâ Deum, temporaneæ autem Matris Virginiæ
quâ hóminem esse potuisse neminem.

XXXI. Desponsatio Virg. Mariae cum B. Joseph le-
giuima fuit, et ante Gabrielis de dominicâ incarnatio-
ne legationem celebrata.

XXXII. Magi, qui in Evang. dicuntur, Christum
procidentes adorasse, id præstitere religiosò cultu, non
merè politicò; Reges etiàm ipsi, aut Toparchæ.

XXXIII. Nùm Abgarum ad Christum, et Christi ad
Abgarum Epistolæ genuinæ sint? utriumquæ defenden-
dum suscipio.

XXXIV. S. Michaël, de quo scipiùs in Scripturâ fit
mentio, non naturális Dei filius, sed crætus spiritus est.

XXXV. Ejusdem conditionis est Archáng. Gabrìel,
qui immitiò Summus Spíritus, et tertia SS. Trinitatis
Persona audiit apud hereticos.



CAP. III.

DE TRADITIONE,

SECUNDO THEOLOGORUM

FONTE.

Scripturam sacram proxime sequitur Traditione, seu doctrina vivâ voce ab uno ad alterum, à majoribus ad posteros transmissa.

I. Adeò autem certum est Traditiones existere, et ab Ecclesiâ retinendas, ut vel ipsi Lutherani, quibus eas repudiâ libello donare, quasi hereditatio jure, solempne est, impium, nefandumque systêma suum traditione explósâ, minime propugnare iqueant.

II. Existunt ergo, et vel divina sunt, vel apostolicæ, vel ecclesiasticæ.

III. Primi generis Deum habent auctórem, et fidei, morumque, non secùs, ac ipsa Scriptura, sunt regula, infallibilis, inalterabilis, abrogationis per Ecclesiam incapax, atque ineluctabile Theologo suppeditans argumentum.

IV. Ea propter quæ nobis hâc Traditione constant, fide divinâ credenda sunt, etiamsi in verbô Dei Scriptô non inveniantur expresa.

V. Pati mentis obsequiô apostólicas excipiendas esse, quas nimirum, Apóstoli vel Christi, vel Spiritus S. operá instituti, ad posteros traduxérunt: v. g. BB. Deipara etiam partum subsequúta virginitas; pati inquam, obsequiô exceptum iri, non ambigimus.

VI. Si qua verò sit Traditione, cujus primævi auctores

tóres soli extiterint Apóstoli , dispensationis , abrroga-
tionisque capácem , uti et ecclesiasticam , nójimus.

VII. Utique tamén , si universális fúerit , argumen-
tationem prævet in fidei morumque materiâ insuperabilem.

VIII. Præfatas autem Traditionis secciónes sequún-
tur postmodùn perpetuæ , et temporáneæ ; liberæ , et
necessariæ ; ad disciplinam tandem , vèl ad fidem , mo-
resque pertinentes.

IX. Tantáque erit eárum in re tehólogicâ vis , et
energia , quantá fúerit auctórís , durationis , extensiónis ,
ac materiæ præstântia.

X. Quid Ecclesia ut dignoscendi sit capax , certis
qnibúdiam règulis utitur , quárum principem ex S. P.
Aug. (l. I. contra Donat. c. 24.) desúmit.

XI. Illis autem matûrè perpensis , traditione divinà
constat Ecclesiæ , fidei Simbolum canonicum , et apos-
tolicum esse ; Spiritum S. à Patre , Filioque procedere;
baptizandos infantes , esti fidei actu impotes ; certum ,
et definitum esse Sacramentorum numerum &c.

XII. Eidem apostólica traditione innotescunt aquæ ;
et vini in calice commixtio ; translatio festi à Sabbato
in Dominicam ; quatuor Temporum institúcio ; ieuni-
um Quadragesimæ ; sacrarum imaginum cultus , alia-
quæ id genus.

XIII. Traditione præterea ecclesiastica , universalí
quidem , atque perpetua cónscii nos sumus , sérvandum
jejunium in aliquórum Sanctórum pervigiliis ; abstinen-
dum à carnibus die Veneris ; benédicendas quandoquè
candélas , cineres , palmas , atqué in Aug. Relig. Nos-
tra S. Nicolai pauculos.

APPENDIX AD CAP. III.

DE NONNULLIS HISPANORUM TRADITIONIBUS.

I. Ecclesiasticâ rursùs totius (quâ latè patet)
Hispánicæ Gentis Traditione nobis explora-
C tum,

tum, atquè perspectum est, B. Jacòbum Majòrem Jann. Evang. fratrem, Hispanias nostras peragrassæ, hicque, in terrâ nimirum optimâ, evangélicæ prædicationis semina sparsisse, quæ fructum attulére centuplum.

II. Pari Hispánicæ Ecclesiæ consensione, aliiisque integrissimis testimoniis, quibus refragari perindè est, ac insanire, certi sumus, BB. Mariam Virg. nostrâ in carne Hierosolymis Cæsaraugustam versus profectam, pluribus Angelorum millibus stipatam, eidem Jacóbo Ap., propè Iberum contemplationi dédito, apparuisse; indeque originem duxisse priscam ejusdem Virg. Mariæ nomenclaturam de *Colúnna*.

III. Enim verò statuita à nobis Jacobæa penès Hispanos prædicatio minimè obest, quominus Paulus etiam Ap., ac Doct. Gentium eamdem in fide gentem suscepit erudiendam. Ita enim præter nonnullos SS. PP. affirmat in iágoë ad sacr. Geographiam M. Berti.

IV. Traditio quoquè nobis fabet, ut de incorruptioniæ veritatis asseveratione, non secùs, ac de celeberrimæ Patriæ Nostræ gloriâ sollicitis, seq. positioni licet utrōque póllice subscribere: *Oscæ in Aragonia primam lucem adspexit S. Laurentius Martir, et Romanorum Archidiáconus.*

V. Ecquidram de S. Vincentiô, glorioso itidem Martyre, ac S. Valerii Ep. discipulò sentiendum? Mensem nostram aperit Séq. Aña, è Brey, Ulyssiponensi deprompta: *Oscæ Vincentium géniit; Cæsaraugusta stolâ exhortavit; Valentia martyrio coronavit; Olyssipo sepulturâ decoravit.*

VI. Addimus; arguméntum in hujuscce rei comprobatiōnem, ab illis Breb. Rom. verbis depromptum *Vincentius Oscæ in Hispánia citeriore natus &c. quid singulare et notatum dignissimum præseferre, quô longè nervosius; majórisque pónderis emergit quam sint alia ejusdem generis ratiocinia, ab Historia Beviatii mutuata.*

VII. Traditione præterea parati sumus ostendere, S. Orientium Auscitánum Episcopum, cuius nonnullæ Reliquiæ Annô reparatæ salutis 1609. Ausciō, advéctæ sunt

(13)

sunt Oscam, ex SS. Orientio, et Patientia progenitum,
ac S. Laurentii gemellum fratrem fuisse.

VIII. Ulterius: nedum Traditionis, verum et authentici testimoniis praesidiis suffulti, defensabimus, SS. MM. Justi et Pastoris quam maximam reliquiam partem Oscæ in urbe nobili apud S. Petrum Veterem ab A. 1499. venerari: indeque operâ S. Pii V. Pon. O. M., necnon Philippi II. Hispan. Regis Catholici; quum Oscensem, Jaccensemque Praesulem gereret, qui Tridentina Syn. interfuit, D. Petrus Augustin; erus integrum sinistrum S. Pastoris, duasque vertebrae dorsi cum una costâ S. Justi A. 1568. Complutum translatas, in Cæsaraug. Monasterio de Altabás juxta lapideum Ibéri magnum pontem paululum consedisse, et signis, atque prodigiis innumeris claruisse.

IX. Appendicem tandem absolvimus, firmantes, Oscensem apud Illergetes Academiam, quam A. V. Æ. 1350. in Ergavicensibus Commitiis restaurasse, et cumulatissimis privilegiis exhortasse, legimus, Petrum IV. Arag. et Valent. Regem, a Q. Serorio Strenuissimo Romanorum Duce, solidō ferè ante incarnatum Dei Verbum seculō, sortitam fuisse primordia.

CAP. IV.

DE CATHOLICA ECCLESIA,

TERTIAM INTER LOC. THEOLOG.

SEDEM OBTINENTI.

I. **Q**uamvis S. Scriptura, divinaque Traditione sint, ut supra scripsimus, inconcussa morum, ac fidei regula; quia tamen neutra se sola adeo perspicua est, ut nihil præferat huma-

humanæ menti prorsus impèrium, ac multiplicis sensus compos, aliquem vivum Jūdicem agnoscamus, opòret, penés quem jus in ejusmodi controversiis dicendi, summa sit, infallibilisque potestas.

II. Judex porro iste non nisi ineptissimè diceretur esse, aut humana ratio, aut interior cujusque privati Spíritus persuásio.

III. Argumenta enim, quæ Chathòlicæ Ecclesiaæ probant ejusmodi arbitrium à probô, et religiósô Viro vendicandum, sunt et númerô plútima et omni exceptiōne maióra.

IV. Nominé autem Ecclesiæ cætum fidélium inelígimus, sub unô capite Christô, ejusque Vicariô Rom-Pont. Deo serviéntium.

V. Ením verò laudata societas, non è solis prædestinatis coaléscit, sed è peccatoribus étiam, sive pùblicis, sive occultis;

VI. Arcetque duntáxat à semetipsâ hæreticos, schismaticos, excommunicatos, et quotquòt in ovile per januam non introiéunr, Pagános, Turcas, atquè Judaeos.

VII. Sola Romanâ est, cui potissimum competunt quatuor vera Ecclesiæ characteres, à Byzantinâ Synodô recensiti, unitas, sanctitas &c.

VIII. Accedit, eam esse visibilem, ut potè sua modò sénibus notissimô exercentem munia.

IX. Defectus prætéreā, ac excidii nésciam, et si alibi, in Angliâ nimis, Hollândiâ magna quidem ex parte, si non pénitus interierit.

XII. Undequaque ergo Rom. Ecclesia Spectetur, seq. invictissimè dedúcitur corollárium: Theologum, nempè, in fidei, et morum quæstionibus irrefragabile à definitionib. Ecclesiæ depromere ratiocinium.

XIII. Plura híc de Ecclesiæ partitione in Militántem, Purgántem, atque Triunfántem ingerénda forent: verum quæ de primâ, partim firmata jam fuérē, partim supérsum aliis appendicibus firmando; de tértiâ autem capite XI. de Deo viso rediuit sermo. En itaque

* (15) *
quæ Positiōnes ad secundam spectāntes Ecclesiam.

APPENDIX I.

DE EA, QUE PIACULARIBUS FLAMMIS ADDICTA crēditur, Ecclesia.

I. **A**Dversus Albig., Apostol., et Luther plūri-
bus argumētis demonstrātur cathōlicum de
Purgatoriī existētiā dogma, in Conciliis etiam Late-
ranensi Florentinō, et Tridentinō definitum.

II. Illud quidēm pro dūplici animōrum, gēnere ex-
tat; iis nimirūm, qui veniālibus culpis illigati, à cor-
pore soluti fuēre, áique aliis, culpā quidēm expērti-
bus, non autēm culpae reātu.

III. In eō porrò cárccere sanctis animābus nequè lo-
cus est mérito, nequè demérito;

IV. Benē tamē debitōrum satisfactiōni per alium,
quūm iisdem Ecclesiæ cunctōrumque fidēlium suffragia,
Missæ, oratiōnes, jejūnia, eleemosynæ, aliaque ópe-
ra poenalia summe prosint.

V. Purgatoriū, non incongruē dicitur, intrà ter-
ræ viscera esse, ipsi damnatōrum inferno finitimum.

VI. In ipso corpóreas poenas, maximē ignem,
statuamus opportet, etiamsi modum, quō áimas ure-
re possit, ignoremus.

VII. De cuius duratiōne dicta sunt, quæ P. Aug.
habet (l. 21. de C. D. c. 16.) per hēc verba: pur-
gatoriās poenas nullus opinētur futuras, nisi antē illud
ultimum, tremendumque judicium.

APPENDIX II.

DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

I. **E**Cclesiæ Hierarchiam cum Sancto Dionysiō
Areop. (si tamen auctor Operis est, quod
eius

ejus præclarissimô nō nine decoratur) *sacrorum*, *ómnium principatum*, *ordinatamque administratióne*, definiéndam putámus.

II. Tribus illa potissimum officis constat; purgatióne videlicet illuminatióne, et perfectione, quibus tótidem Ordines respóndent, Pontificum, Sacerdotum, Ministrorumque.

III. Nihil hic de horum Ordinum essentiâ, carac-tere gratiâ &c. firmare lubet; quod isthæc peculiari cá-pite commodiùs expeditum iti, censemus: nequè áliud nobis inhæserit ánimo, quam de Spirituali Ecclesiæ ræ-gimine contráctum impresentiarum habere sermónem.

IV. Ergo Ecclesiæ administratió penès sanctam ple-beam, ac sœculáres Príncipes non est, sed penès Eccle-siasticos Vitos, per veram consecratióne ad id mûneris electos.

V. Nequè ii æquas indiscriminatim gerere in Ecclesiâ moderatâ partes dicendi sunt, sed primas ordine Rom. Pontifex, secundas Episcopi, tertias Presby-teri, postremas autem Diaconi.

VI. Nihil itaq  mirum, si asserámus, Ecclesiæ re-gimen monárchicum esse, permixtum aristocratiâ, et democratiâ.

VII. Atqu  ut propriùs ad cujusque OEcónomi mû-nia accedere videámur: Pontificibus, ex officio incum-bit, rudes purgáte, purgatos illumináte atqu  illuminátos perficete.

VIII. Enim verò duo prióra mûnia sibi étiam ven-dicat sacer Presbyterórum ordo, quemádmodum pri-mum Diaconórum promótio.

IX. Antistitum itaq  ordo perficiens est, et, ut B. Dion. lóquitur, perfectionis auctor; Sacerdótum ve-rò illuminans et initiátos ad sacrórum mysteriów contuitum, divinamque synáxim addúcens; Ministrorum auten purgans, atque discernens; quinam et Ecclesiam introire, et sacram communionem percipere mereantur.

X. Horum porro Ministrorum electio, atqu  voca-tio

tio non ad populum pertinet, sed ad Episcopos Episcoporum autem ad Clerum, jure positivo factum est, ut a Cardinalium duntaxat arbitrio pendeat Pontificis electio.

XI. Quod si, vacante primâ Sede omnes simul Cardinales interirent, jus Summ. Pontificem eligendi ad vicinos Episcopos, et Clerum Urbis devolveretur; cum aliquâ tamèn a generali Episcoporum concilio dependentia.

XII. Hæc Clericos spectant, quos Spiritus S. posuit Episcopos, id est, Speculatorum regere Ecclesiam Dei: ceterum purgandorum, et initiandorum tres erant primis Ecclesiæ seculis ordines; Monachorum, scilicet, consummatus; Plebis sanctæ, speculativus; atque ejendorum, qui sacræ speculationis, et communionis exors, Cathecumenos, Apóstatas, Energumenos, ac Poenitentes comprehendebat.

XIII. Quæ disciplina relatè ad Mónachos obtinuit, donēc IV. Ecclesiæ seculo Clericorum officiis (verba sunt M. Berti) aggregari cœperunt Mónachi, quos morum grævitatis commendabat.

APPENDIX III.

DE SACRO CARDINALIUM COLLEGIO.

I. **E**cquidnam de eminentiss. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus dicendum, quorum potissimum consilio uititur Románus Pontifex? Illi quidem ab ipsis etiā primordiis originem ferunt, quām nimicū, a B. Petró urbis ordinati Presbyteri, ac in partem laboris, et hororis ut collegio eius adsciti, clarissimorum Prædecessorum vestigia reliquerunt, pedibus terenda posterorum, Linus, Cletus, Clemens, Anacletus &c.

II. Fórum numerus ad 25. videtur actus per Clementum tertium a Petró Pontificem quibus Evaristus primum labente seculo diversarum Paraciarum contulit præfecturam.

III. Mox Hyginus, crescente propè diem fidelium turba, alios in unaquaque Parochia Presbyteros præficiendos curavit : quò ex tempore quævis Paróchia , necnón ejus Presbyter, tituli cognomentum sortita est.

IV. Titulō:um porrò nū nerū vīgesimam octāvam unitatēm numquam transcendit, quoūque óperā Calixti III. Sixti IV. Leónis X. &c. ad sextam et quadragesimam ampliatus fuit XV. seculō.

V. Ptesbyteris septēm Diaconos adjunxere R. Pontifices, quos int̄r vārias Urbis regiōnes distribuit S. Fabiānus seculō III.

VI. Enīm verò quū illæ quatuordecim essent, pro commodiori eleemosynātūm, et Sacra synaxēos in unoquōque Titulō dispensatiōne, aliis Pontificem gerentiibus ; duplo major evasit Diaconōrum nūmerus ; non nullas posteā, quemādmodūm et Presbyterorum, passus accretiōnes, donēc Sextus V. Episcopos sēx, Presbyteros quinquaginta ; Diaconos quatuordecim, Cardinales instituit.

VII. Talis autēm tāntaque est nunc sacra Cardinālitas dignitas, ut cæteras Ecclesiæ, etiām Episcopales, et Patriarchales, summō duntaxat exceptō Pontificatu, longē superexcellat plerisque titulis.

VIII. Nihilominus, quia Episcopos novimus Apostolōrum tām pēnēs ordinis, quam jurisdictionis potestatem, successōres, qui et Chrisma sanctificant, Sacerdōtes consecrant, baptizatos confirmant, atquē à R. Pontifice *Venerabiles Frates* appellantur ; quorum omnium simplex Cardinalis compos non est : eōdem aliquō sensu, fateāmur oppōitet, Episcopis inferiores.

IX. Tanti demūm à Summis Pontifi. habitū fuere, ut rubrum galerum ab Innoc. IV., purpureas vestes à Bonif. VIII., atquē ab Urbano itidēm VIII. præcelsum Eminentiaē Titulum acceperint, quō omnes præter Imperatorem, Reges, Venetamque Rempublicam tenebrentur, quemlibet Cardinalium insignire.

APPENDIX IV.

DE PLERISQUE CUFUSVIS SECOLI HÆRESIBUS.

Finitis de generali Ecclesiæ administratione positionibus, ventum jam est ad Hæreticos, ab ejus corpore, uti membra putrida, disectos. Lubet itaque in illos animadvertere, cum telis, omnes ex quô transverberantibus; tunc jâculis, singulos confodientibus. Ita profecto factum iri confidimus, si firmavérimus.

I. Hæreticorum errores ut in plútim e pravis móribus, et corruptâ vitâ profluerent.

II. Illos inter, et cathólicos, nisi forte doctissimos, ac annuéntibus Ecclesiæ Præsulib[us], certamen circa reliquo non inéundum.

III. Qui nō optinô jure indictam excommunicationem iis, qui acatholicorum libertos legerint, aut penes se retinuerint.

IV. Ecclesiæ tandem à D. Jesu-Christo fundatam non nisi irritô conatu in p[er]v[er]tis eorum societatis posse.

Hæc hæreticos omnes ficiunt: eandem cogéntur singuli subire fortunam Historico-dogmaticâ, quæ sequitur, iudicatione.

§. I.

TNfestarunt Ecclesiæ I. séculô Pharisæi (I.), Sadducei (II.), Herodiani (III.), Ebionitæ (IV.), Nicolaitæ (V.), nec nō Simónis (VI.), Gerinthi (VII.), atque Menándri (VII.) assecræ petegritis doctrinis, quæ séq[ue]runtur. nūm. refutantur.

I. Legítimas quidem, non fribolas, et legi contrarias servare Traditiones, ad æternam vitam juvabit pl[en]iùm.

II. Rationalis ánimus est immortális, qui prohibet, peractâ resurrectione, iterum corpori colligabitur,

* (20) *
vèl æternâ fruiturus gloriâ , vèl supplício plectendus
semperò.

III. Vetus lex Messiam promittens, non de Magnô
Herôde fidem faciebat, sed de Jesu Nazarænô.

VI. Christus purus homo non est, ex Joseph , et
Mariâ progénitus ; sed verus ab æternô Deus absquè
Matre , verusque in tempore homo sine Patre.

V. Omni jure véitus est promiscuus foeminarum usus.

VI. Dona Spíritus S. velle turpis lucri gratiâ compa-
rare, scelus est execrandum.

VII. Anilemi fábulam putamus, mille post judicium
carnales intèr delicias transigendos annos.

VIII. Mosaycam legem ad salutem etiamnùm neces-
sariam esse , non negamus modò; verum et ab Evan-
gélii promulgatione mortiferam arbitramur.

§. II.

O ccurrunt nobis II. Século Carpórates (I.), Va-
lentinus (II.), Márcion, (III.), Hermógenes (IV.),
Ophítæ (V.), Helcesitæ (VI.), Encratitæ (VII.), et Mon-
tanistæ (VIII.), quorum pestilentem doctrinam séqq.
positionibus exufflamus.

I. Christus D. veros in semetipso dolores , ve-
ramque Crucis passióne expéritus fuit.

II. Cujus divinitas verum humanum corpus assúmpsit,
non æthéreum.

III. Opinio de duóbus rerum omnium principiis,
uno bono, altero malo, falsa quidem est, atque perversa.

IV. Fictitia est primæva, improducta, et Summo
Deo coæterna matéries.

V. Serpens , qui Evam decépit, verissimus serpens
fuit , et Diáboli órganum : ea propter ineptè vocatur
Teusóphia , id est , Dei sapientia.

VI. Spiritus S. non est foemina Christi soror , sed
verus Deus , et tértia SS. Trinitatis Persóna.

VII. In sacri celebratiōne summè necessarium est vinum.

VIII.

VIII. Lícitum est, defunctā primā alteram, tertiam,
et quartam &c. uxores dūcere.

§. III.

ADVERSUS Praxéam (I.), Beryllum (II.), Sabéllium (III.), Novatum (IV.), atquè Manetein (V.), tertiū séculi hæreticos, hanc esse, jure dixerim, catholica Ecclesia mentem.

I. Pater æternus, nequè in uterum Vírginis descendit, nequè crucis patibulum subiit sed proprièt nimiam caritatèm, quâ dilexit nos, misit Filium suum &c.

II. D. Jesus Christus, antequám intèr homines versaretur, in propriæ Personæ differentiâ substítuit, Verbum Patris.

III. Divinæ Tríados Personæ sunt profectò tres hypostases, non triplex ejusdem hypóstasis appellatio.

IV. Si lapsis post baptismum non esset impendenda absolutio : ut quid in Ecclesia foret divinum Poenitentiæ sacramentum?

V. Fingunt Manichæi, et quidem insulsa, Veteris Testaménti auctórem alium à tenebratum Principe non esse,

§. IV.

HÆréson in Ecclesiam irruens IV. século furiosa colluvio, Arii nimirum (I.), Macedónii (II.), Apollinarii (III.), Priscilliani (IV.), Helvidii (V.), Antropomorphitarum (VI.), &c. ejusmodi frænis coerceri posser.

I. Déi Filius non est Patri natura similis, sed omnino idem, consubstantialis, et omnióssios.

II. Nullo moménto probant Pneumatomachi, Spíritum S. esse creatúram.

III. Una cum Cörpore veram hominis animam assumpsit Patris Verbum.

IV. Illicita sunt quovis titulô mendacium, atquè perjúrium.

V. BB. Deípara nullos ante vèl pòst Christum péperit ex Josepho filios.

VI. Deus est purus, ac simplex omnino spiritus.

§. V.

Pelágius (I.), Nesrorius (II.), Eutyches (III.), Vigilantius (IV.), et Sevérus (V.): ipsi fuit cœterorum V. séculi hæreticorum Antesignani, et Coryphæi. En, de eorum perfidiâ quæ triúmphum reportant, Positiōnes.

I. Agnoscere præstat hoc in statu efficacem suâpte naturâ gratiā, quæ liberum hominis arbitrium perficiat potius, quam dirimat.

II. BB. V. Maria nedùm Cbristotocos, verum et summa proprietate Deipara, et Theotocos vocanda est.

III. In unâ Christi Persónâ duæ naturæ consistunt, impermixtæ quidem, atque inconfusa, invicemque distinctæ.

IV. Dormitabat profecto Vigilantius, quum SS. Martyrum Reliquias nullâ prosequendas adoratione censuit.

V. Hominum convéntus, qui proprio Episcopo, maximeque Romano, cervicem nollet inflectere, acéphalus optimè; coetus autem fidélium non nisi perperam vocaretur.

§. VI.

Contra VI. VII. et VIII. séculi Acathólicos, Acatémétas videlicet (I.), Agnoitas, vèl, ut legit in Brev. Histór. M. Berti, Agneteras (II.), Tritheitas (III.), Monothelitas (IV.), Gnosimachos (V.), Armenos (VI.), Iconómachos (VII.), Felicianos (VIII.). aliosque recentendos (IX.), inferius, hæc dicta sunt.

I. Catholica est sequens Scythiae Monachorum enuntiatio: „Uaus è Trinitate passus est“.

II. Christi anima extrémi iudicij diem, ineptissimè dicitur ignorasse.

III.

III. Ex divinárum hypothasum Trinitatē non conséquitur triplex naturatum conditio.

IV. Binæ Christi impermixtæ natūræ binas etiā in eo adstruunt impermixtas voluntates.

V. Christianum Vitum non dedecet summa in omni disciplinárum génere mximèque in Sacris Bibliis, peccitia : immō, quō uberior isthac fūerit, eò congruentíorem ipsi, utiliorem eriām, aīquē honestíorem censeamus, oppóteret.

VI. Ut ab albo Sacramentórum Sacram Confirmatió nem expungerent, nulla potuit Aīménos cōgere vera ratio, momentum nullum.

VII. Nedūm Mártýrum Reliquiis, ut superiùs scripsi ; verūm et ómnium Sanctorum , sive Reliquiis , sive Imaginibus religiosus exhibendus est cultus.

VIII. Christus etiā cum hōc additō quātenus homo naturalis est Dei Filius ; non ad ciuitatis, vèl adoptatus.

IX. Invisibles sub ignotis nominibus Uriēl , Raguel , Tubuēl , Símiēl &c. invocare Angelos , prout fecisse lègimus VIII. século Aldebertum , et Clementem ; ni beneficam superstitionem dixeris, fanaticum rédolet;

§ VII.

R Efractarii Græci (I.), et Pædestinatiani (II.), qui IX. Século mysticum Christi corpus dilacerare contendeant, successores habuēte in cādem , aliā licet via, foyéndā conspiratione. Quamvis enim século X. summe quidēm grassántia viria, nullam autē ortam denuō hæresim legérimus : nihilösēius istam in Ecclesiæ campo novellæ zizaniæ penuriam cumulatissima errórum ubertas subsequitur est ; quūm videlicet , seqq. séculis XI. et XII. nedūm Heribertus (III.), Berengarius (IV.), et Roscellinus (V.); verūm etiā Petrus de Bruis (VI.), Constantinus Chrysómalus (VII.), Abaelardus (VIII.), Porretanus Gilbertus (IX.), et qui in ejusmodi classe dux , et signifer computari posset , Petrus Waldensis (X.)

(X.) pestilentissimo suæ doctrinæ veneno Domini Tabernaculum respersere. Eorum portò impietati totis lacertis nobis obsistendum est, etiam si eâ de causâ necessum foret, tenaciter firmare, quæ sequuntur.

I. Spiritus S. à Patre, *Filioque* procedit.

II. Si qui unquam fuere Pædestinatiani, istius enuntiationis subscriptiores „Reprobi necessitate damnantur inevitabili“ temerariae, et hæreticæ pravitatis nota subterfugere non debent; nec verò possunt.

III. Cœlum terra, et mundus non exitere semper; sed in principio creavit illa Deus.

IV. Panis, et Vinum, in Eucharistiæ materia in Corpus et Sanguinem Domini verâ transubstantiatione convertitur.

V. Fecellit Roscellinum captiosa sua Dialexis, quum tres in Deo Personas, substantiâ distinctas, singulasque fuisse homines factas dogmatizavit.

VI. Baptisma, ante usum rationis collatum, validum est, licitum, justum, summâ commendatione dignum, atquè æqui, bonique estimandum.

VII. Frustra tentavit Chrysônalus honori, Principibus exhibendo, quidquam detrahere: nihil enim catholicæ religioni sacratus, quam in eô suprêmam Domini potestatem agnoscere, qui Dei Minister est, nec sine caussâ gladium portat, ut inquit Paulus: ad bonorum, videlicet, tutelam, malorumque vindictam.

VIII. Deum lucem inhabitare inaccesibilem, minime vetat, quomodo à Beatis, superno irradiatis lumine, clatissime videatur.

IX. Néo à Deitate Deum nec à divinâ essentiâ relationes ante omne mentis nostræ molimen distingui, fitmandum nobis est.

X. Evangelicam paupertatem sectari optimum quidem est: at Sacerdotes, in grave scelus prolapsos, omni penitus consecrandi facultate expoliare, impium, hæreticum, atquè nefarium.

§. VIII.

ERUPIT IN GALLIIS sub initia XIII. seculi, valde Wal-densibus affinis, Albigensium secta (I.), necnon Almarici, ejusque Discipulorum (II.), post quorum errores alii visi sunt adolescere XIV. seculo; Fraticellorum (III.), nimirum, Palamitarum (IV.), et Joān. Wiceli (V.), quibus omnibus confirmandis, alia etiam successere seq. seculo Hussitarum, Thaboritarum, Orphanorum &c. (VI.) deliramenta, hunc in modum refutanda.

I. Romana Ecclesia, veræ sanctitatis archetypus, a S. Silvestri ætate non defecit.

II. Præter conscientiæ stimulum, alia parata sunt reprobis in inferno supplicia.

III. Qui nondum venit; nec XIV. seculo venerat, Anti-Christus.

IV. Lux increata, a divinitate diffusa, ab eâ distincta, atquè corporeis oculis adspectabilis, quâ Beatos Deum intueri senserunt Palamitæ, summam secum ipsâ contradictionem implicat.

V. Monachorum institutio, vota, atque mendicitas veræ Ecclesiæ decori, ornamento, edificatiōni, atque utilitatî confert plūtimùm.

VI. Potest quisvis Sacerdos à prædicatiōne verbi Dei, iūm ab Episcopis, cùm à Rom. Pont. removeri.

§. IX.

QUÆ adversus trium poster. seculor. Acatholicos; eò quidem Ecclesiæ perniciosiores, quo callidiōres re-apscè, numerosiores, et pervicaciōres fuisse videntur; vacat in præsentiarum scribere, comprehenduntur paucis. Illos enī, ut clarâ methodô procedāmus, in varias classes redūcere, simūlque refutare, conābimur. Ducendum exordium a Luthero (I.), Calvino (II.), atque Socino, (III.); cūndem mōx óbjam Jansenii (IV.), Quie-

Quicquidistiarum (V.), Beneu. spinosa (VI.), et Peccati Philosó-
paici assertorum (VII.), deirio: acuendus tandem stili in
Jo. Clericum (VIII.), Materialistas (IX.), ac innùme-
ros propemodum Libertinos (X.), qui hac tempestate
vitia pro virili parte fovere, quin possunt maximè;
catholicam autem radicitus eveltere, Religiónem, ac si
pares essent; solemne ducunt. Ad rem ergo,

I. Dei præcepta iis, qui memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea, ut verbis utar Davidis; impossibilia non sunt, sed perfecta.

II. Calvini circa impiòrum reprobationem scita catho-
licis autibus sunt dissona, hottenda, et execrabilia.

III. Humani generis redemptio, per verum Christi
sacrificium in Ara Crucis effecta, verissima redemptio
fuit, non metaphorica.

IV. Vna est in hoc infinitatis statu grátia efficax,
sanctam in nobis dilectionem, voluntatem, atque ope-
rationem prodicens: altera sufficiens, quæ dat quidem
posse, non autem velle.

V. Molinosiana inter orandum quies, totò cœlō à
christianæ perfectionis libella distat, deprehenditur.

VI. Deus, purissimus spiritus, nequit esse matéria
ubique diffusa.

VII. Opus, rationi dissonum, divinæ legi necessa-
riò repugnat: erit ergo peccatum, et quidem theo-
lògicum.

VIII. Non jure, sed injuriá, eaque gravissimá fac-
tum est, ut Jo. Clericus in Libros S. P. Augustini
fútiles animadversiones congereret.

IX. Rationalis anima utcunque nescia mortis pro-
baretur, etiānsi nullæ essent Dei, vel de perenni vita
promissiones, vel de æternó supplicio minationes.

X. Optimi Civis est, justitiam, et aequitatem in
omnibus præseferre; legitimis potestatibus obediens;
christianum ubilibet se prodere; probitatis etiām, at-
quæ integritatis testimonium, primum coram Deo, de-
inde coram hominibus habere: at qui sibimet persuau-
serit

serit, liberos mores nini*l* estimandos præ malis; indi-
fferenter ad utrosque se habere unumquemque; nullo
Rempùblicam afficere damno libertatem conscientiae;
perinde esse illius tranquillitati sive religionem, sive
incredulitatem; idu*o* dumtaxat esse credenda religionis
cápita, unitatem Dei, et Jesu-Christi missiónem; qui,
inquam, hæc et huius fúrfuris alia sibi persuasa fecer-
it, nedum optimi Civis attributo se exspoliat; ve-
rū et licentiosi hominis, libertini viti, et fortissimi
spiritus conditio*n*es induisse se, nō verit.

CAP. V.

DE CONCILIIS.

I. Concilii definitiōnem, iis verbis à Theólogis
expréssam: "Ecclesiæ Præsulum convénitus
&c." non obstantibus impudentissimis Lu-
theranorum deliramentis, æqui, bonique aesti-
māndam esse, coœus sit, oppóret, qui non videat.

II. Illud autem, si cunctos Orbis Episcopos convo-
cátos suppónat, Generális: si alicujus Regiónis dum-
taxat, Nationalis: si unius Provinciæ Provincialis: Dioc-
esáni demum Concilii sortitur cognoméntum, si ad
illud cuiusvis Episcopatus acciti fuerint, Patriachi, Ca-
nónici, Beneficiarii, alii.

III. Primi generis, legítimum oecumenicumque non
erit, si ab alio, preterquam à Rom. Pontifice vocati
fuerint Præsules: Secundi, à Primate: Terti, à Me-
tropolita, postquam Pallium receperit; eoque impedi-
tò, ab antiquiore suffraganeo: Quarti, ab Episcopo
electo, confirmatoque.

IV. In OEcuménicis jure suffragium ferunt Episco-
pi; ex privilegio Cardináles etiám, Relig. Ordinum Ge-
neráles, atque Abbátes, qui omnes hâc fórmula sig-
nare

nare consueverunt; *Definiens subscripti*, ad differenciam Theologorum, et JCC. utentium ista: *Consentiens subscripti*.

V. In reliquis non eamdem sempiter servatam methodum compriimus: Vacia de variis afferemus, interrogati.

VI. Unum autem nobis est abunde exploratum, atque perspectum: Concilia, nimirum, ex Vitis Ecclesiasticis coactum iri. Num vero praevia Laicorum, quantavis etiam eruditione pollentium, expulsione necne? declaramus paucis. Laici jure suffragii erbati sunt; interesse tamen posunt immo et debent maxime, Summi Principes, quorum presentia, cum finiendis absque ullâ turbulentia controvensiis, tum Regiae Majestatis iuribus sartis tectis servandis, juvabit plurimum: et „ad honorandam, et confortandam Ecclesiam, (Verba sunt Card. de Alliaco) et ad ea, quae ibi decreta fuerunt, quantum in eis est, exequendum.“

VII. Alia praetereat recensenda veniunt Synodi mixtae, quibus, nempè, Praeside Rom. Pontifice, praeter Clerum Urbis adstitere etiam exoticci Episcopi, qui Romæ fortuito versabantur: atque Regia Comitia, vulgo Cortes, ad quas Episcopi juxta, ac Proceres, et Comes Regni acciuntur, ut omnium suffragiis leges pro-Civili, et Ecclesiastica Politia condantur.

VIII. Ad Generalia rursus quod spectat, videtur nobis, esse quidem congruentissima: at celebratis quandoque particularibus, non omnino necessaria.

IX. Omniaque, si a Rom. Pontifice confirmata fuerit, in fidei, morumque negotiis asphaliâ praedita sunt.

X. Unde ex Pontificis oraculo confirmatis ineluctabile Theologus pro laudata materia depromore poterit argumentum.

XI. Ejus porro est, Generalibus Synodis presidere, cuius est convocare, confirmare, atque irritare.



APPENDIX I.

DE GENERALIBUS CONCILIIS SINGILLATIM.

I. Tria potissimum, ex Actibus constat, ab Apóstolis celebrata fuisse Concilia. Unum pro Judæ successore diligendo : alterum ad 7. Diáconos consecrandos : tertium, ne baptismo regeneratis Gentibus onus circuncisiónis, aliórumque legálium injungetur.

II. Atque in iis Conciliis assérimus, futuris Sacerdótum conventibus præscriptam fuisse formam : ut patet, ea non invéntum esse Constantini M. quod scribit Pighius ; sed apostólicam, vel divinam pótius institutionem habuisse.

III. Alia prætére ab Apóstolis hábita, condéndo fidei simbolo, nonnullisque canónibus, non ambigimus : ubinam tamen, quō tempore, aquòvē modō, disputant Eruditi.

IV. Post hæc autem principem sibi locum védicat Nicænum in Bithinia, à M. Constantino coactum, cui præter 318. Episcopos interfueré sub gerente Præsidem, Ossio Cordubensi quamplures etiā Presbyteri, nonnulli Ethnici Philosophi, ac ipse religiosissimus Imperator, aureo quidem hærens sedili, sed infrà Episcopos, qui aliunde suam verè régiam, in Conciliū sump-tibus exolvéndis, testátam fecit munificéntiam.

V. Diximus à Constantino coáctum ; quod profecto contingit præviō S. Silvestri Papæ consénsu.

VI. Et quia nonnulli ægré ferunt positionem istam, sequens, nihil præteritá móllior, erit ipsis inténtis auribus excipiénda : „Octo prióra Generália Concilia duo scílicet Nicæna, quátuor C. P., unum Ephesinum, et alterum ChalcedonéNSE, quæ a IV. sæculo ad IX. ab Oriéntis Imperatoribus convocata légimus, nonnisi à Summis Pontifi. illis exteriùs interpositis, vocata fuere.“

VII. Audiant præterea : „Sacros. Tridentina Synodus, quæ eorum errores fulminibus percultit anathematon, inter alia maximi habenda est, atque ut legitima, et oecumenica recipienda.“

APPENDIX II.

D E H I S P A N I A R U M C O N C I L I I S .

I. **G**enerilibus Conciliis adjiciamus opportet Hispaniae nostræ nonnulla, et Nationalia, et Provincialia, ad extirpandas haereses, morumque reformationem habita.

II. Et primò quidem Illiberitanum, anno fortassis 305. in Regno Granatensi celebratum, cui interfere Ossius, et Valerius Antistites, Cordubensis ille Cæsar-Augustanus iste, legitimum proorsus, et summâ veneratione dignum.

III. E cujus decretis Arélatenses Canones magnâ ex parte; necnón Nicenus tertius, et Sardicensis decimusquartus conflati sunt, ut eisdem invicem conferenti, patébit.

IV. Addimus, in ejus Canonibus nullum esse Iconomachis præsidium, nihilque non sanctum, non undequaque catholicum reperiri.

V. Post Illiber. Anno 380. Cæsaraugustanum I. et A. 400. Toletanum I. adversus Priscilianam haeresim coacta fuerte: ut ubi novus error, fatalem in humanis officiis necessitatem inducens, oriebatur, ibidem Episcopali judicio damnatus interiret.

VI. Alia mox habita fuere Bracaræ, Tarracone, Gerundæ, Ilerdæ &c., quorum persecuti singula, nimis longum foret.

VII. Nec tamèn silentio prætereundum celeberrimum Tolletanum III., in quo, omnium Hispaniae Provincialium, Carthaginensis, nimirum, Lusitaniæ, Galláicæ, Boeticæ, Tarragonensis, et Narbonensis convocatis Epis-

Episcopis Num. 72., Fl. Recaredus Rex unā cum omnibus Gothis Anno 589., Mense Januario, Ariánam hæresim ejuravit, catholicam ex animo religiorem professus, et gloriosissimo propterea Catholici cognomento, Hispániae Régibus etiamnūm proprio, decoratus.

VIII. Cumque Christianissimi Regis título Ludovicum XI. circa dimidium decimumquintum seculum coherestarit Mantuanum Concilium (iis attentis quæ narrat ex Peñalva Doctissimus Nr. Dídacus à S. Theresia in Historia Virg. à Puerō Pérdito) : subjungere placet ad majorem Hipánicæ Nationis gloriā, octo saltim secula intercessisse, ex quo Catholici, Nri. Reges, Galliarum autem Christianissimi, cognominari cœperunt.

IX. In eō potrò Toletano Concilio, compertum nobis est, Gabinum Oscensem Episcopum ordine decimalum sextum subscrispsisse.

X. Addimus, novèm à tam felici Epochā transactis annis, aliud Oscæ apud Illergetes pro Ecclesiastica disciplinâ celebratum fuisse Episcoporum Sex, et duorum Abbátum Prov. Concilium, cujus meminere Loaysa, Moráles, Mariána, et Padilla, ut sileam Oscensem Historiographum, necnon (lib. 3. de Syn. Diac. c. 1.) Benedict. XIV. ex Harduino.

XI. Cujus, etiamsi húbricâ tempestate perierint Acta, perseverant etiamnūm duo Cánones, bonorum morum, et disciplinæ studium spirantes, eaque de causâ maximî pendendi.

XII. Porrò creberrima Synodorum in Hispaniâ sequutis ævis indictio, præter summam Catholicorum Regum pietatem, ac inexhaustum religionis zelum, in causâ esse videtur, cur religiosam Hipanicæ Gentis conversationem, sacerdotialis Ordinis splendorem, Monachoru[m] disciplinam, Cánonum observantiam, Sacramentorum frequentiam, et Ecclesiarum nitorem, quasi hæreditario jure (gloriantè dicimus;) custodiamus Hispani, didicerint indi, mirentur exótici, plaudant universi.

C A P. VI.

DE ROMANO PONTIFICE.

I. **Q**uatuor potissimum titulis nobis innotescit Generaliū Conciliorum Præses, Romanus Pontifex. Vel enim ipsum, ut Ubis Episcopum inspicimus: vel ut supremum Ecclesiasticæ in Itália ditionis Præsulem vel ut totius Occidentis Patriarcham: vel demum ut D.N. J.C. Vicarium, et S. Petri Successorem consideramus. Missis cæteris, de postremo conceptu sermonem instituemus.

II. Nobis itaque, rem ab ovo, ut inquiunt, exordiri cupientibus, sumendum principiō venit S. Petrum, quadoque Simonem, et Cepham in sacris Libris vocatum, non æquam omnino, sed cæteris Apóstolis superiorem à Christo in corpus suum mysticum potestatem, et facultatem accepisse.

III. Deinde, superior ista potestas ineptissimè honoris gratia Apostolorum Principi, quasi inter aquales primo, collata diceretur: ipsa etenim ampliorem jurisdictionem, auctoritatē significat.

IV. Credendum etiam divina fide, hujusce auctoritatis primatum non adeò soli Petro fuisse proprium, ut eo ad Superos migrante, Primatus etiam migraverit: sed à Petro ad Linum, ab isto ad Gletum, cæterosque successione legitimā, nec interruptā unquam, in ejus Cathedra suffectos, dirivari.

V. Petrum autem Cathedram fixisse Romæ, eamque Annis circiter 25. rexisse, quoad vixit: si dogmaticum factum non est in sacris codicibus expressum, saltim historicum erit, inconcussā veræ Ecclesiæ traditione firmatum, cuius veritati, demptis Wicleffo, et Protestantium nonnullis, hactenus refragatus est nemo.

VI.

VI. At inquies: quum æquè certum sit, Antiochenam Ecclesiam ab Apóstolorum Principe fundatam, et quoniam jure Romana sibi primatum vendicavit? R. Id ita factum ex ordinatione Christi, qui mortem ei Romæ, non Antiochiæ oppetiendam indixit: cpperit ergo, illiusque Primatus Romano successori, non Antiocheno mansit adjudicatus.

VII. Hinc Romanus Pónifex Petri successor est.

VIII. Adde, quod ex alveo isto sponte fluit, Pium VI. Pont. O. M., qui Ecclesiæ hodierna die habenas feliciter moderatur, iisdem potiri prærogativis.

IX. Quanam ergo frontis audacia Almarici Galli Discipuli, qui seculo XIII., missis aliis blasphemias, Sanctam Urbem dixerunt, Babilonem, et Rom. Pontificem Anti-Christum, se gesserint, bardissimus quique judicet.

X. Nobis, summa erga Sanctam Sedem affectis reverentia, nonnulla firmare sufficiat, quorum I. est: Rom. Pontificis judicium circa juris, dogmatici quæstiones, ne suspicione quidem erroris obnoxium esse.

XI. Secundum: illius in eadem materia decisiones irrefragabilem Theólogo, argumentationem præbère.

XII. Tertium: in quovis Ecclesiæ Seculo Apostolicæ Sedis viguisse Primatum, nedum Canones condendo, exsequendo, et ad observantiam cogendo; verum et nutantes in fide confirmando, devios ad fidem revocando, et pertinaces a fidei communione segregando.

XIII. Quartum: indictum esse, ut Petri Cathedra Indulgentiarum, quas Plenarias vocamus, largitionem; Breviarii, Misalisque correctionem; Vener. Dei servorum canonizationem; Ordinum Regul. probationem; Episcoporum confirmationem &c. sibi reservat.

XIV. Postremum: fictios esse, et vafro hæreticorum dolo conflatos, toties ad nauseam usque repetitos, Rom. Pontificum in fide lapsus; quod, ne gratis dictum existimetur, seq. inductione constabit.



APPENDIX

DE ROMANIS PONTIFICIBUS SINGILLATIM.

I. Sanctus Petrus optimum Præceptorem Jesum, in exteriōri fidei confessionē defectum passus, iterū, atque itetū negavit: id tamen accidit, antequam Summus Pontifex createtur,

II. Impudenter etiam, sed absque fidei dispendiō s̄ gessit, quām Gentes post Dominicam Ascensionem observantis legalibus, quāc tūc nec Saluti esse poterant, nec morti, obstrinxit: in faciem propterea, et serio à Gentium Apostolo reprehensus.

III. Si Epistola V. Decret. germanum opus esset. S. Clementis defendenderemus profectō verba, quibus ipsa communem rerum civilium usum persuadet, nullum supponere in illibato Ponifice cum Nicolaitis Comercium: verū adscriptitiam putamus.

IV. Pessima fide factum est, ut Sexti Pythagórtici Sententiarum Librum, è græco in latinum versum (ubi de Christo à summo Deo nisi forte Gentilium phrasē verbum quidēm;) S. Sixto II. Ruffiuus adjudicaverit.

V. Marcellini in Diocleianæa persecutiōne lapsus, nisi putidis fabulis amandandus, quod vetius; probaret dumtaxat, exterius timidum, ignavumque ejus animum in fide expertum fuisse deliquum, non interiūs.

VI. Liberius nēc II., nēc III. Sirmiensem fōrmulam probavit; sed fortassis I., quāc non damnabat Omosūsion, nēc erat expresse hæretica.

VII. Ex iis, quāc Gratianus affert (Can. 84. *Multī* I. Q. 1.) S. Gregório M. nonnisi perperā adscriptis, inferri nequit, Doctissimum, Sanctissimumque Pontificem tria dumtaxat, Baptisma nempē Chrisma, Corpus, et Sanguinem Domini, agnoscisse Sacraenta.

VIII. Quidquid ex Actis VI. Synodi aduersū Honórium I. deprōmi potest, tanti faciendi non est, ut eum

eum, Monotelitatum hæresi infectum, asseverare, nos cogat.

IX. Ioánnes XXII., néquidem ut privatus Doctor, asséruit: Iustorum áimas intuitivâ Dei visione ad tempus orbatas esse.

X. Post Leónem IV. vitâ functum A. 855., se-disse in Petri Cátedra fœminam, nōmine Joánnam; anilis est fabula, in Rom. Pontificum ludibrium confecta.

XI. Ecquænam proferenda sententia de vulgatis circa S. Petri Successores prædictiones, quæ S. Malachiæ Hibernórum Archiepiscopo tribuuntur? „Nemo credat, (Ita M. Berti) vaticinationes istas esse S. Malachiæ; atqué interpretamētra aliud esse præter alicuius luxuriantis Ingéni commentationes; aut alicui mortaliū momēta innotescere, quæ Pater pósuit in suā potestate, ut inquit Dóminus.“

CAP. VII.

DE SANCTIS PATRIBUS.

I. „**I**lle verè, ac propriè Pater est Ecclésiæ, qui cum Sanctitatè, et Doctrina competentem habet antiquitatem“ ajébat Vir Cl. Alphónsus Báp. Ord. Præd. Huic verò sententiæ nihil Nós adendu n existimamus, nisi finalem in vitæ Sanc-timonia, fideique orthodoxiâ perseverantiam; aut saltem condignam post lapsum resipiscéntiam.

II. Hinc intér Patres numerandus Tertullianus non est; quòd Antropomorphitis præluserit, Montanistis adhæserit, variaque circa rationalem animam paradoxa firmaverit; nèc tamèn palinódiam cecinerit.

III. A Patrum etiam albo expurgendus Origenès, qui ordinatiōnem in aliena diocesi, et abscissis virilibus, in semetipso provabit; perpetuum animatum circulum cum

Pelagiánis induxit ; necnón expiatis iniquis , futurum fore , ut gehéna finiretur , edóquit : in iisdem erroribus persistens ad extrémum diem.

IV. Expungendus , inquam , á SS. PP. cathálogo , in- tèr Hereticos III. seculi à Mag. Florez jure merito recensis- tus utérque : quorum nihilominus testimónia , pro com- probanda Véterum Traditione , Theólogo usurpare licébit.

V. Ex adverso , summâ , quâ SS. Patres decet , reveren- tiâ excipiendæ nobis sunt Cypriani , Irinæi , Justini , alio- rumque sententiæ , qui etsi in aliquibus circà fidem er- roribus versati fuerint , accedente póstmodùm Ecclesiæ definitione , resipuerunt.

VI. Ad antiquitatem verò quod attinet ; quemád- modùm fuére Theólogo , qui Bernardum , Thomam , at- que Bonaventúram dixerint competentis expertes : ita nèc defuere è diámetro oppósiti , qui Thomam étiam à Villanova , et Franciscum Salesium Sanctos Ecclesiæ Pa- tres appellaverint. Causâ autèm matûrè persensa , nul- li- bi felicius acta res apparebit , si cunctórum verba benignè excipere , et quidèm reverenti ánimo , quantùm fas erit , exponere , fidem et nos faciamus.

VII. Tanti prætéreà eórum auctoritas existimánda est , quanti seqq. Cánones osténdunt : (I.) Unius , aut alte- rius Patris de divinis rebus sententia firmum Theólogo argumentum non suppeditat , racentibus áliis.

VIII. Pluriūm (II.) in idem quæsitum consénsus , paucis reclamantibus , valdè quidèm prováibile , at neque certum omnino ratiocinium præbet.

IX. Omníum autèm (III.) in quovis dogma suffragium fidei regula est , è quâ Theólogo ineluctabili vi ar- gumentari pótterit.

X. Quòd si de controversiis , nullam cum fide ha- bentibus connexionem , sermo sit ; non álià Patres fru- úntur auctoritaté , quám rationum quibus innixi fü- rint. (IV.)

XI. Occurrénte prætéreà (V.) in alicujus Patris op- tribus pseudodogmate , témporis tractu ab ecclesia pros- criptô;

criptō; refellerē præstat errātum, non S. Doctōrem.

XII. Inspiciéndum sedulō, quōnam modō (VI. Ca-
non) Scripserint Patres: nūm Oratorio, rūm theologicō
stylo: àn datā óperā, an transitoriè: quō insupēr tem-
pore; quā ætāte; quā occasiōne: nūm antē exortas hæ-
reses, nūm pōst: àn jūvenes, àn senili maturitatē præ-
diti &c.

XIII. Arquè ex iis concludendum, potiorem esse pro
cujusvis hæréeos confutatione Patrum auctoritatem, qui
theologicè, datā operā, et senes cādem profligaverint.

XIV. Unde, si de Christi divinitate agatur, Atha-
nasius: si de Incarnatione, Cirillus: si de gratiā, libe-
rō arbitriō, et prædestinationis mystériō P. N. Augus-
tinus, cæteris PP. Præferendi sunt.

XV. Hæc PP. in communi spectant: rēliquum est,
ut nonnullorūm ortodoxiam, nimis audacter ab Hære-
ticis impeditam, quantum vites ingenioli nostri sūp-
tant, sequenti appendice vendicemus.

APPENDIX

DE SANCTORUM PATRUM SINGILLATIM.

I. Sanctus Ignatius Martir, genuinus Auctor 7.
Epistolarum, ab Ussério, et Vósio ad pri-
mævam integritatem restitutarum, nihil in eis, quod
Arianam pravitatem redoleat, disseminavit.

II. Non jure, sed injuriā dixerunt Sandius, et Episcó-
pius, S. Justinum Martyrem, Platonicumque Philoso-
phum Verbi divinitatem negasse.

III. Idem judicium ferimus de S. Irenæo Lugdunen-
sium Antistite, et „Doctrinarum ómnium (ut verbis
Tertulliani utar) accuratissimo exploratore.“

IV. Clemens Alex., qui Dei Filium fatetur „Deum
manifestissimum, fontem vivificum, per quem effecta
sunt omnia“ cum ad puræ creaturæ conditionem non
deprimir.

V. Dionysius Alex. in eâ quam scripsit ad Pentapolitas, Epistolâ de ejusdem Verbi divinitatē sensit catholicè.

VI. Succubuit quidem errori Rebaptizantium Cyprianus; sed quam contraxit maculam, expiavit martyriō.

VII. Nihil in Athanasio, acerimo Arianorum insectatorē, sacris dogmatibus adversum deprehenditur.

VIII. Ejusdem auctōrem esse Simboli *Quicunque vult* &c. nequit evidentē probati.

IX. „Quod vero narrant (M. Berti sec. IV. c. 4.) de Athanasio pūero, alios pūeros baptizante, magnā laborare suspicione, demonstrant in ejus vitā docuss. PP. S. Mauri.“

X. Christum verissimorum dolorum impotem numquān opinatus est Smus. Pictavorum Episcopus Hilatius.

XI. Magnus Ossius Cordub., qui tē te Athanasio „ob illatas ipsi multas plagas, Ariānis cessit ad horam“ non occubuit impoenitens.

XII. Semipelagiāni in Joāne Chrisóstomō non clarissimum naci sunt protectōrem, sed strenuissimum potius debellatōrem.

XIII. Circa Animarum beatitudinem in Lib. de Bon. Mort. nihil, non undequaque libratum, prouulit Sanctus Ambrosius.

XIV. Idem una cum S. P. N. Aug. auctor extitit eucharistici Hymni *Te Deum laudamus.*

XV. P. Augustinus nedum assertivē dōcuit, Deum fore carnēis oculis invisibilem, verū et egregia ea derre suppeditavit atgumenta.

XVI. De alterā vero quætione: an nempē corpora resurgentium Spiritalia evanira sint? prudenter dubitat S. Patens, se ramēo in partem negativam propendens.

XVII. Si S. Bernárdus animorum beatitatem post diem judicii distulit, de complēta animae, et corporis beatitatem loquutus fuit, non incomplēta.

XVIII. Ubi Ang. Præceptor auream (Exodi c. 25.

ψ. 17.) Propitiatórii tábulam dixit *lapideam*, ut vidére est (I. 2. q. 102. a. 4. ad 6.): mendum, à mente Doc-toris alienum, ob Amanuénsum, vel Typographórum incúriam irrepssisse putámus.

C A P. VIII.

DE THEOLOGIS SCHOLAST.

JCC. , ET PHILOSOPHIS.

I. N quâvis Arte peritis primas partes, et quidem jure mérito, defétti, consuevisse, norunt omnes. Nihil itaque mirum, si in iis, quæ circa res divinas emérgunt, controvérsiis Theô-logos étiám decisivô suffragiò potiri, pronunciémus.

II. Theôlogos autém dico, non eos, qui „ quæstiōnes theôlógicas frivilis argumentis absôlverint, et vanis ratiúculis magnum pondus rebus gravissimis detrahentes, ediderint in Theôlogiam comentátiā, in quibus Sacrorum Bibliórum testimonia rarissima sint, Conciliórum mēntio nulla, nihil ex Antiquis Sanctis olearant, nihil nè ex gravi Philosóphiâ quidem; sed ferè è puerilibus disciplinis “ &c. Ex advérso : „ qui de rebus divinis aptè, prudenter, doctè è litteris, insitutisque Sacris ratiocinetur, confitendum est, nisi qui is sit, esse Theôlogum Scholæ neminem.“ Hac Mel-chior Canus (l. 8. c. 1.)

III. Huius quidem generis Theôlogorum pensandam auctoritatem dicimus: ita ut unâimi ómnium gravi de re opinioni dissentire, temerarium sit.

IV. Quòd si concors ómnium Sententia, non in gravi quâlibet re, sed insuper in fide, móribusque versetur; tum contradic̄tio, nisi hæresis, saltim hæresi proxima censenda est.

V. Plurimum demum in idem quæsitum consensio, reclamantibus aliis, ampliori præ rationibus quas attulerint, est expers auctoritate.

VI. Theologo præterea, dicente Cœlestino I. (Epist. 3, c. 1.) „ nulli Sacerdotum liceat, Canones ignorare“ legum peritia Summoperè necessaria erit: unde et JCC. adire debet, ut eorum sententiis sua theorematum confirmet.

VII. Hac tamèn lege, ut in iis, quæ fidem, moresque respiciunt, si à solâ Scripturâ, vel Traditione exigatur decisio, nihil Thologus à JCC. mutuò sibi accipiendum, noverit: solùmque eorum operâ egere, quum poenæ juris infligendæ, aut negotium per leges Pontificias, Civiles, vel Conciliares fuerit expedientum.

VIII. Necessere est autem, non excidat memoriâ, Decretales, ab Isidoro Mercatore collectas, etsi sanæ doctrinæ, esse magnâ ex parte suppositicias; Canoniques Gratiani non aliam meritos fuisse apud Eruditos auctoritatem, quam fontium, unde oriuntur.

IX. Illa pariter religionis dogmata, quæ naturali rationi consentanea sunt, animæ nimis immortalitas, unius Dei existentia &c. præcipue ubi contra ethnicos Philosophos Theologum argumentari contigerit, aliorum, Philosophorum auctoritate comprobate poterit.

X. In reliquis ipsi persuasum sit, certissimam Pneumosophis fidem demandandam non esse: immo si labiles se prodiderint, nullam.



C A P. IX.

DE HISTORIA HUMANA, USUQUE NATIVÆ RATIONIS.

I. **Q**uum História „testis temporum sit, lux veritatis vita memoriae, magistra vita, lux vetustatis &c.“ ut (in Dial. de Orat. ad Q. Fratrem) testatur Cicero: Theologis opere pretium esse, ne bar-
dissimus quidem homo indubium accire queat. Nec tantum ea, quae Spiritu S. afflante conscripta, in libris extat Vet. ac Novi Testamenti; verum omnis etiam historia, sive prophana, sive Ecclesiastica, fide dignis monumentis innixa, theologicorum argumentorum in elenco sedem obtinere, videtur.

II. Ergo Theologus quammáximam vigiliárum partem historicis impendisse cōgruit narrationibus: quod sa-
nè, nisi critices regulis, et Chronologiæ præceptionibus ap-
primè imbutus, verò cum progressu exequetur numquām.

III. Ea proprie Solis, Lunæque Ciclorum; Periodio-
rum etiā, maximèque Julianæ; cùm Mundialis, tūm
Hebraicarum, Græcarumque Epocharum; Hispanicæ præ-
terea æræ, atquè Vulgaris exquisitam notionem præ-
seferat, oportebit.

IV. Quā decorato Theologo consulendo veniunt His-
tórici, quorum auctóritas seqq. limitibus coartátur.

V. Nec prophanus, nèc ecclesiastius Scriptor tanti faciendus est, ut ejus testimonia certissimam de fide argumentationem præbere, concedemus.

VI. Plūtium autem, si graves, et integri sint, in
eādem narratiōne concordia, etiam refragantibus aliis,
probabile theologo suppeditat ratiocinium.

VII.

VII. Omnia demum consensus talem parit certitudinem, cui, majorem in linea morali non agnoscendi, perinde est refragari, ac mentis impotem fieri.

VIII. His inspectis canonicis, in varias circa historica facta distracti sumus opiniones: adeo ut credamus I.: non Romae a S. Sylvestro, sed prope Nicomediam ab alio Ministro fuisse M. Constantino sacro baptismate regeneratum; quod profecto eo libenter firmamus, quo certiores sumus, ita tradidisse Caesarensem Eusebium, eique subscribere Historicos celeberrimos.

IX. Opinamur II.: Excommunicationem, quam S. Stephanus Papa Rebaptizantes contumacius est, numquam in S. Episcopum Cyprianum illatam fuisse.

X. Censemus III.: vivente B. P. Augustino, nullam fuisse in Adrumetino Galliarum Monasterio Praedestinatianam heresim.

XI. Putamus IV. cum M. Berti (l. 15. de Theol. Discipl. c. 1.): Episcopatum S. Prospere Aquitani, de quo Brev. Augustinense ad diem 24. Novembris, adeo exploratum non esse, nulla circa ipsum dubitatio subteriri possit.

XII. Credimus V. Regem nostrum Petrum huiusc nominis I. undecimo labente seculo Oscensem Urbem post diutinam obsidionem expugnasse auxilio S. Georgii Martyris, qui albo equo insidens, in campo etiamnum arabice dicto de Alcoraz, quasi alter Jacobus ad famosum Clavigii Montem, „Est visus ipso in praelio = Equoque, et ense acerimus = Mauros furentes sternere.“

XIII. Firmamus VI. Ramirum II. Arag. post emissionem in Monasterio S. Poncii, vulgo de Thomeras Narbonensis Provinciae professionem, veram a Papâ dispensationem obtinuisse, quam et uxorem duceret, et Regni Nostri habendas moderandas susciperet.

XIV. Judicamus VII: Historiam ingentis, et per totum orbem boatus, Campas, ab eodem Rege in Oscensi Palacio confecta, penes alias circumstantias

veram

veram esse, non omnes. At quænam illæ, dicemus in
Palæstra.

XV. Nobis tandem, de Locis Positiōnum fini con-
terminis, unum dumtaxat sūperest fitmandum pro coro-
nide: talem, nimirū, in re theológiā futūrum usum
ratónis, qui principiis per se notis v. g. *Quod tibi
non vis &c.* summam fidem adhibeat; secūs illis corollá-
riis, que alia à logicā demonstratiōne viā ex iisdem prin-
cipiis inferuntur.

C A P. X.

DE UNO, TRINOQUE DEO.

Absolutis jam, quæ de Locis Thológiis visa sunt, in pùblicum certámen evocare, ventum tan-
dém est ad álias Theológ. disquisitiones, in Scholis agitari sólitas, in quibus, uti in præ-
cedentibus, eiúsdem M. Berti doctrinam, interdùm etiam
verba, exscribemus. Pergámus ergô.

I. Probabile est, et in Augustinianâ Thológiâ stabili-
tum, ingenitam esse singulis hominibus ideam Dei, quâ
suppósito facili negótio, Deum existere, demonstratur.

II. Eam admittentes ideam, non peccamus *dia κυκλον*
id est, per vitiósum circulum: uti peccare Cartesium
contendit Huetius (Cens. Catt. c. 4.)

III. Ultrá illud existentiæ Dei arguméntum, quod ex
ideâ ingénitâ pétitur, supérunt plútima, et quidèm
ineluctabília: rerum, videlicet, creatárum contingentia;
motus causárum; rerum adspectabilium compágno; na-
turális hominum instíctus; unánimis Sapiéntum confes-
sio; necnón exiguus númerus, et crassissima Atheótum
ignorántia.

IV. Ea propertiè hæc enunciatio *existit Deus* se ipsâ
nobis innotescit: némoque est tñm aggrestis, et bárba-

rus, qui possit Creatorem suum invincibiliter ignorare.

V. Summi ponderis etiam sunt argumenta, quibus non plures, sed unum tantum extare Deum, evincitur: sive ea e Sacris litteris petantur; sive ex innumeris ab uno, et vero Deo patratis miraculis; sive a nativo cujuscumque hominis lumine.

VI. Unius Dei natura, quem nullibi magis propriō vocabulō exprimi possit, quam hebräicō Jēhōva, aut græcō ὁ οὐ, aut latino qui est; per esse a se metaphysicè constituta intelligitur.

VII. De Ceterò, Deum esse ineffabilem, comprehendendum est satis: nullum quippe nomen diversarum gentium, atque linguarum e quamplurimis, in agone lumenissime recensendis, ejus naturam exprimit, prout est in se.

VIII. Gaudet etiam infinitudine, immensitate, immutabilitate, ceterisque attributis, enī perfectissimo congruentibus, quae solā ratione nostrâ discernuntur invicem: ita ut nullam in ipsis distinctionem possit humana mens deprehendere, nisi peres diversos effectus, et extrinseca connotata.

IX. Idem porrò Deus, qui unus natura est ut scripti; trinus est in Personis, quārum I. Pater, II. Filius, III. Sp̄ritus Sanctus non incongrue à Théologis vocatur.

X. Divinarum enim Personarum vel Trinitas vel distinctio summe consonat Scripturæ, ut potè mysterium, à Deo revelatum (I.) v. 1. Gén. (II.) ejusdem Libri, et Cap. v. 26. (III.) Gén. c. 3. v. 22. (IV.) Gén. c. 11. v. 7. (V.) c. 9. Gén. v. 24. (VI.) Ps. 2. v. 7. (VII.) Ps. 109. v. 1. (VIII.) v. 6. Ps. 32. (IX.) Isaiae c. 6. v. 4. (X.) Ejusdem c. 61. v. 1. (XI.) Matth. c. 3. vv. 11, 16, 17. (XII.) Marci c. 1. vv. 8, 10, 11. (XIII.) Lucæ c. 3. vv. 16, 22. (XIV.) Ep. 1. Joán. c. 5. v. 7. ubi legitur: tres sunt &c.

XI. Mysterium, inquam, acie naturalis ingenii omnimodis superius, quod reapse nullus hominum, etiam fide catholica instructus, poterit humánis tantum rationiis demonstrare.

XII. Non quia nativæ rationi contrarium sit, quippe re vera non est; sed quia superius.

XIII. Nec Theologus loquitur imprópiè, quum ait, Filium à Patre mitti, et Spíritum S. à Patre, et Filio.

XIV. Ex quô manifestâ consecutiōne deducitur, à Filio etiam originem ducere Spíritum S.: et reapse nisi ita esset, furent ambo una, eademque Posóna.

XV. Cúr verò solus ille sit genitus; néqueunt Theologi rationem evidentem reddere.

XVI. Accéptis concrete relationibus, tres tantum; abstracte, quatuor etiam in Deo fatéri possumus.

XVII. Insupèr, sumptâ subsistentiâ, prout idem est, ac ratio existendi per se unica dumtaxat; potest idem est, ac modus peculiaris existendi, Personam constituens plenariè individam, tres etiam in eo admiti debent.

XVIII. Tandem, dissérentibus de SS. Trinitate cavadum est, nè has, vel Similes positiones enunciantur, „Essentia generat; Pater est aliud à Filio. Filius est unus cum Patre &c. “

CAP. XI.

DE DEO VISO.

I. **N**equit intellectus creatus solō nativo lumine intuitivæ Dei visionis compos fieri.

II. Potest tamen supèrnâ irradiatus luce, quam appellare consueverunt Theologi *Lumen glorie*.

III. Quod profectò aliud ab ipso Deo non est, menti Beatorum intimè affulgenti, suoque fulgore, ac motione imprimente illi qualitatem, et habuum, qui non est entitas ab animâ distincta, sed ejus ordo, affectio et modificatio.

IV. An verò fulgorem istum impreserit Deus in hac vitâ Móysi, Paulo, Augustino P. et aliis; ita ut isti,

isti, nondum carnis sárcinâ depositâ, Deum intuitivè viderint? Quæstio est nimis ambigua, quam utramque in partem disputationi subjicimus.

V. De Eliâ preterea, et Henoch scribimus, eadem Dei visione saltim permanenter non frui.

VI. Qui tamè ejus conspectu in patriâ dignati jam fure, ita videre dicendi sunt, ut minimè comprehendant.

VII. Disparibus singulorum meritis dispar respondebit gloria, cuius æquissimæ œconomia caussa esse possunt, cum lumen gloriæ, cum cujusque meritum; sed illud efficiens, moralis istud.

VIII. Divina etiam virtute fieri nequit, ut videatur sine attributis essentia, aut una sine aliâ, Persóna.

CAP. XII.

DE DEO SCIENTE, VOLENTE, ET PRÆDESTINANTE.

I. **P**otitur Deus omnigenâ scientiæ plenitudine, quæ indistincta est ab ejus substantiâ objecta intelligibilia connorânte.

II. Èâ Deus semetipsum cognoscit, et compréndit non secùs, ac creaturas, quârum nulla summam ejus intellectiōnem subterfugit.

III. Neque ipsum latent cujusque creaturae cogitationes, quævis peccata, et futura qualibet contingētia.

IV. Quæ futurorum præsciéntia causarum secundarum libertari cohæret opere.

V. Physicam ejus præmotionem ad actiones liberas naturales tenuamus, oppôrteret, qui nòvimus, ab hâc sententiâ non videri penitus alienum Angelicum Magistrum.

VI. Innocens creatura auxiliô prædeterminantis gratiæ non indigebat, idèoque SS. Angelorum perseveratiæ non vidit Deus in efficaci sua voluntatis decreto.

VII.

VII. Oppositorum scribimus de futuris liberis ordinis supernaturalis, ad statum naturae lapsae spectantibus, quae a Deo physicè præmoventur absque ultro prorsus humanae libertatis exitio.

VIII. Vult Deus voluntate antecedenti, vera quidem, propriâ, atque sincerâ æternam omnium hominum salutem.

IX. Consequenti, vero illorum dumtaxat, quos prædestinavit ipse, conformes fieri imaginis filii sui.

X. Hinc admittamus, necesse est aliquorum in gloriam prædestinationem, quae definitur: „præscientia, ac præparatio beneficiorum, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur.“

XI. Istaque præelectio non fit ob prævisa electorum merita quocumque modò comparanda, sed gratuitò, ac intuitu meritorum Christi, prout ipsa Scriptura, S. P. Augustinus, posteriores PP., et Theologi tradunt celeberrimi.

XII. Ea propter perpendere queant Eruditi, cujus ponderis fuerint argumenta, quae Dionysium Petavium permoverunt, ut nostram Sententiam retractaret; argumenta, inquam, quibus ipse Petavius non unò in loco solidissimam præbet solutionem.

XIII. Primarii prædestinationis effectus sunt, ab Apostolo recensitæ, vocatio, justificatio, et glorificatio.

XIV. Illa tam ex parte Dei, quam hominis fixa est, atque immutabilis; sed respectu illius certa, relate ad istum incerta.

XV. Utiles sunt prædestinatis Orationes Sanctorum.

XVI. Eorum numerus revera magnus est, sed cum numerò damnatorum collatus, valde exiguus appetet.

XVII. Etiam negativa reprobatio aliquam agnoscit in reprobô causam, nempe originale peccatum.



CAP.

C A P. XIII.

DE DEO ANGELORUM
CREATOR E.

I. **E**s sacris litteris, omniumque planè hōminum sensu Angelorum existentiam evincimus : id quod naturalibus argumentis facile non esset.

II. Idem Angeli nullā extensōne copōrē suapte natūrā prædicti sunt.

III. Et quamvis appellari possint multimodis mortales ; sumptā tamē immortalitatē pro permanētiā substantiæ, quæ nihil habet intrinsecum propendens in non esse, dicēdi sunt immortales.

IV. Angelorum númerus videtur non esse ónnium hōminum multitūdine supérior : at hæc incéria res est, nequè debet á nobis témerè definiri.

V. Probabilius est, Angelos, et simūl ac res cæteras fuisse cónditos, et habuisse in primā sui conditiōne actuālem gratiā, quam P. A. appellat adjutōrium sine quō; non indiguisse autēm, ut perseveratēt auxilio quō.

VI. Fuere prætereā gratiā sacrificante exornati, naturali beatitudine, et inchoatā supernaturali, gratiā, et castum amōrem complectente.

VII. Certissimum est, Angelis manifesta nequaquam esse Secreta cordium, futuraque contingentia.

VIII. Illi invicem collóquuntur spiritalib⁹ signis sed incertum, quibus.

IX. Novēm agnoscimus in Angelicā Hieráchiā Ordines ; latet autēm, quinam prior, aut infimus.

X. Verisimile est, cùm Sátanam fuisse aliis spiritibus nobiliōrem, tum igne copórtō, atq̄ue perpetuō unā cum cæteris dœmonib⁹ in inferno torqueri.

* (49) *
XI. Cuique fidelium, et probabilius cæteris etiām hominibus, à Deo deputati censemus Angelum Custodem: ac fortassis id ipsum evenit in Principe Dœmoniorum qui alterum designat insidiatorem.

APPENDIX

DE ARTE MAGICA.

I. PLura Dœmones quandòque operari prodigia, certum est: at illa talia non esse, si rerum rationes examinantur, certissimum.

II. Magiam admittimus, quâ per inditam à naturâ solertiam possunt plura fieri, rûdium admirationem excitantia, èo vel maximè, quod præter censuetum natûræ ordinem, ipsis igrótum, fiant.

III. Alteram verò renúimus, sive Hydromantia ea fūerit, sive Necromantia, sive quævis alia, cuius ópera ab iniquissimo spiritu efficiuntur.

IV. Magia isthac crimen præsefert idololatriæ, Dœmonisque nefariam adoratiōnem.

V. Prohindèque illi comparandæ navare óperam, scelus foret summoperè detestabile.

VI. Veròrum enim miraculórum auctor solus est Deus, qui, si nonnūmqâam hominibus improbis, tamqâam instrumentis, usus est, mira numqâam fecit, nec effere pótuit in confirmationem erroris.

C A P. XIV.

DE DEO, COELI, ET TERRÆ, OMNIUMQUE VISIBILIUM CREATORE.

I. N Ulla creatura pótuit ab æternō producī: et quamvis potuisse, séntiant aliqui Philosophi, constat nihilominus ex Scripturâ, omnīa in exordiō temporis à Deo fuisse creata.

II.

II. Primò Cœlum, Terram, Aquam, et Lucem; mòx
cætera; postrèmò hòminem; in quorum òmnium opifi-
cio sex dies expèndit, apud Augustinum P., Angélicos;
apud álios, naturales. Sententiam nostram in Appènd.
ad Cap. II. aperuimus.

III Incubuit, ut ita dicam, Deus rerum molitioni
verno tempore, non autumnali.

IV. At materiam, ex qua facta sunt ómnia, veri-
simile est, esse aquam, ut sensit Thales.

V. Cumque mundus perpetuo duratus non sit, con-
jicere quidèm pòssumus furaram ejus conflagrationem;
tempus autèm, nonnisi temerè, et impudenter.

VI. Corporeis ómnibus à Deo productis nobilior est
homo, quem ornavit Deus rationáli, et immortáli áni-
mâ, intellectu, voluntate, liberò arbitriò, divinâ Imá-
gine, actuali, et Sanctificante gratiâ, et omnibus au-
xiliis, quibus posset in accepta stare justitiâ, si vel-
let; non autem quibus fieret, ut vellet.

VII. Ornavit eum preteteà perfecto corpore, nequè
andrógyno, nequè infantili, nequè giganteo.

VIII. Hæc supremus Cónditor contulit Adámō : iis
exornavit gratiis : his ditavit muneribus. Adámō in-
quam, qui jure cunctorum hominum censemur Protópa-
rens, etiàm renuente Peyterio.

IX. Transgressus verò æquissimam de ligno boni, &
mali non comedendo legem, pristinâ se doluit felicitate
expoliatum; et quasi minimi pendendum hoc esset, ig-
norantiæ preterea, pudori, concupiscentiæ, morti, ali-
isque una cum uxore obnoxium miserandis suppliciis.



APPENDIX

DE ORIGINALI PECCATO.

I. **P**rimi hōminis peccatum, interruptā numquām successionē, in posteros transfundi, veritas catholica est, è Veteri, Novōque Testamento, non secūs ac ex SS. PP., atquē hujus vitæ miseriis de-
prompta.

II. Intelligimus autēm per transfusum in origine nos-
trā peccatum, non ipsum Adæ personale delictum, aut
malam aliquam substaniā; sed insitam nobis concu-
piscentiam cum reātu; illā se habente, tamquām ma-
teriā; istō, tamquām formā.

III. Contrahitur autēm etiām à filiis baptizatorum,
quorum parentes, etsi reāus expētes, concupiscentiam
tamēn rētinent ad agónem.

IV. Fitquē ea propago mirō quidem, sed vero mo-
dō. Clārius me explico: contrahitur ipsā naturāe pro-
pagatiōne; eo quod libidinosā coucupiscentiā seminē-
tur corpus, cui lege providentiā á Deo insētitur ani-
ma, carnis consortiō, tamquān in vitiāto vase vitiāndā.

V. Ergō peccati originis transfusio non fit ob ar-
bitrariū illud pactum, pro quō Scholæ Thēologi dig-
ladiantur.

VI. Damna verò, quæ humanæ natūræ ejusmodi
peccatum intulit, etsi possit unu·quisque nostrū in
semetipsō perpendere; nūllibi tamēn pensānda feliciūs,
quam relatiè ad pueros, morte antē baptismatis sus-
ceptionem præventos, quos nedūn supernaturali, aut
naturali beatitate orbatos esse; verū et pœnā sen-
sus, in adulorum comparatione mitissimā, in inferno
torqueri, pronunciāmus.

VII. Quid nē systēmaticō morigerāndi negotiō gratiā
dictum existimētur, nōverint omnes „antiquitus in Afri-
cana Ecclesia, in quā 406. Episcopi numerabantur, adeò

certum fuisse, púeros sínē baptismo defunctos puniri in inferis poena sensibili, ut id int̄ fidei dōgmata relātūm fúerit.“ Hæc Card. Norisius, et ex eo M. Buzi.

C A P. XV.

DE DEO AUCTORE GRATIÆ,

ET LIBERI ARBITRII

CONSERVATORE.

I. **Q**UAM Gratiæ rectè à P. Aug. definitur „ inspiratio dilectionis , ut cognita sancto amore faciamus“ cónsequens est, ut illa duo complectatur, mentis nempè illustrationem , et inspirationem caritatis ; ita tamèn , ut magis in hâc inspiratione , quám in illa illustratione consistere, videatur.

II. De célebri eiusdem in sufficientem , et efficacem divisione dictum supra : addendum tamèn, habére istam gradus suos, è quibus absquè ullò absolutæ Dei voluntatis præjudiciō dignosci potest , cùm nostra libertas, tūm mirabilis ejusdem gratiæ oœconomia.

III. Præterea, in hōc infirmitatis statu, adeò necessariam esse fatémur gratiam, ut nullum sínē ipsâ possit opus moraliter bonum perfici.

IV. Erit ergo ópere prétium vitändis peccatis , tentationibus superändis , servändis mandatis *ut opportet*, Deo supèr ómnia diligendo, et quod ómnium summa est , actuali orationi.

V. Adde, ad vitanda totô vitæ decursu venialia peccata , necnō finalem perseverantiam efficacissimæ , et singularissimæ gratiæ adjutorium necessum fore.

VI.

VI. Ità profectò est absque ullò humánae libertá-tis dispéndiò. Licet enim per peccatum Adæ liberum in nobis arbitrium immútum sit; attamèn non extinc-tum: ad cujus essentiam spectat, posse ágere, et non ágere, non autem posse peccare, quod defectus pótius libertatis est, quam perfectio.

VII. Nequè mereri fas esset, vèl demereri absquè libertate indifferentiae, et quidèm activâ, quam rejiciunt hérétici.

VIII. Adversus quam fútile omnino est, quidquid objéctant Lutherani, Calvinistæ, et Janseniani, à quo-rum erratis totò cœlō distat Augustini de gratiâ systéma.

IX. Quæ de gratiæ necessitaté scribit S. Prosper in 8. Epigrammatibus, quibus exponendis, atquè tuéndis felicem M. Berti (l. 18. de Teholog. discipl.) insump-sit óperam, principiis sanæ Theologiæ cohærent óptime.

X. Docemur ibidem, nihil boni patrassè umquam infideles absque Dei gratiâ; quin proindè collata eis fuc-rit aut habitualis fides, aut remissio peccatorum.

XI. Edocemur deinde, gratiám sufficientem, et re-média salutis pro singulis instituta, parata, et exhibita, non omnes reapsè recipere, qui præterea de pra-va suâ voluntate, deque suis peccatis, non de divinâ bonitate, querelas déderint.

XII. Atquè ita párvulis, in maternô úterô vitâ func-tis; infidelibus præterea negativis: et nonnumquam obcæcatis, induratisque fidelibus auxilia etiám sufficien-tia denegari, satis in Augustinianâ Theológiâ comper-tum est.

XIII. Relatè verò ad sanctificantem grátiam id duxi-mus scribendum, quod in Catholicorum Scholis tritum, atquè vulgatum est: Justos, nimirum, inhabitare Spíritus S. Persónam; istam tamèn grátiam habituálem non esse, sed inhæréntem caritatem, atquè justitiam per eundem Spíritum in corda nostra diffússam.

XIV. Et quod M. Berti peculiare est, à Cartesiánâ

Philosophiâ mutuâtum; Gratiâ ex parte principii esse ipsum Deum ânimam illustrântem, inflamântem, et justificântem; ex parte verò subjecti ipsam illustratam, inflammâtam, et justificâtam ânimam, quin ulla intercedat entitas, ab nôtrôque diversa, sed mera modificatio.

XV. Aserens autem Apostolus, hominem grâatis, et per fidem justificari, bonam spem, salutarem timorem, et initialem dilectionem non exclusisse, dicendus est.

XVI. Eam intet opera, quae justificationem præcedunt, et quæ subsequuntur, agnoscimus discrepantiam; quod nimis illa de congruo, ista etiâ de con digno meritoria sint.

C A P. XVI.

DE SUPREMO LEGUM LATORE DEO.

I. **Q**uoniam Deus Summus Imperator sit, qui de minimis etiam rebus providam sollicitudinem habet, Creator bonus, Conservator optimus, ad cuius nutum sive in Cœlis, sive in Terra geruntur omnia; æquissimam, congruebat, voluntatem suam ut hominibus testata nonnullis efficeret præceptionibus.

II. Id quidem cumulatissime ab ipso præstitum, ne dum Naturæ Legem cordibus nostris insculpendo, verum eamdem etiam, pravarum hominis affectionum multitudine confusam, denudo lapideis in Tabulis producendo, compertum est.

III. Enim verò naturalis utraque lex videtur ab æternâ ipsius Dei naturali lege fluxisse: indequè in hominum mente transcriptam ejus notionem, inficias ire velimus neminem.

IV. At quónam pació isthac transcriptio facta füe-
rit, ad libellam exigi oppotet eorum, quæ de Gra-
niá, Lumine gloriæ, atque Idea Summi Dei congéni-
ta cum M. Berti firmavimus.

V. Omniaque illius legis præcepta ad duo redúci
posse videntur; Dei, videlicet, amorem, et Proximi.

VI. Ea porro adeò immutabilia sunt, ut propriè
nec ab ipso Deo dispensari queant.

VII. Circa decem primarias ejusdem legis præcep-
tiones, quarum exiit Moyses promulgator, sectanda est
P. Augustini, et ómnium fere Christianorum, cùm par-
titio, tún expositio.

VIII. Idem mandatórum decálogus à Christo in nova
lege confirmátus fuit, qui præterea fidem Trinitatis, et
Incarnationis, unius præstantissimi sacrificii immolati-
onem, Sacramentórum participationem, et nonnulla con-
silia, putà paupertátem, castitátem &c. nostrâ pérfec-
tione inhians, adjécit.

IX. Post positivam istam, et naturalem illam Sum-
mæ Majestatis leges, de humanâ instituendus est ser-
mo, quam conscientiam etiàm ligare, firmo, sive Ec-
clesiastica ea sit, sive Politica; gravi tamè detrimen-
tô non imminente.

X. Neutra, ubi aristocraticum, aut democraticum
regimen non obinet, à populi pender acceptatiōne.

XI. Potest ecclesiastica lex interiores etiàm actus
per se, et directè præcipere.

XII. Legislator ipse aliquò sensu suis legibus ob-
stringitur.

XIII. Tenentur peregrini legibus locorum, ad quæ
accedant; non unde abiere.



C A P. XVII.

DE DEO HUMANORUM AC-

TUUM, VERÆ VIRTUTIS,

ET RELIGIONIS SCOPO.

I. **Q**uodvis opus in individuo, vel ab incom-
mutabili probitatis ideâ, omnium animo
insita, non deflectit; vel deflectit quidem.
Aut in Deum ultimum finem, summoque
prosequendum honore, dirigitur; aut non
dirigitur. Si primum dixeris, bonum erit: si secun-
dum, pravum. Ergo nullum est opus in individuo, malitiæ
simil, et bonitatis expers.

II. Ita profecio est; nequè interiori nisi per acci-
dens addit exterius opus turpitudinem, vel honestatem.

III. Turpis vero malitia in rectitudinis debitis priva-
tione consistit, quæ in mortali peccato, prout est Dei
offensa, jure censemur esse moraliter infinita.

IV. Honesti autem operis decor penes ordinem amo-
ris attenditur, quo ex P. Aug. vel Deo fruimur, vel
utimur creaturis.

V. A pravo actu excusare quidem potest invinci-
bilis ignorantia, quæ tamè de primis naturæ juris
principiis nulla est.

VI. Animus dum anceps est de bonitate, vel ma-
litia, nefas esse noverit, probabiliti opinioni in liberi
arbitrii favorem morigerari, alterâ relictâ æquè proba-
bili pro lege: licitum autem, et commendabile, vel in-
ter probabiles seligere probabilissimam.

VII. Ad virtutes quod spectat, vel ad tres Theolo-
gales,

gáles, Fidem, Spem, et Caritatem; vèl ad quatuor Car-
dinales; Prudentiam, Justitiam &c. reducuntur omnes.

VIII. Fidei ab Apostolo tradita definitio sperandarum substantia rerum &c. exactissima est.

IX. Hebreis, ut salutem adipiscerentur, necessaria fuit fides in venturum Reparatorem, sed non explicita; nobis autem explica, etiam Trinitatis, et peractae Incarnationis.

X. Quam fidem, etsi metu persecutionis, secluso scando, liceat unicuique fugam attingere; at negare, vèl simulare, numquam.

XI. Manet quidem in peccatore fides, non in hereticô, illisque, qui in termino constituti jam fuere.

XII. Spes, quæ reapse à fide, et caritate distinguitur, non persistaret in eo, cui Deus suam certissimè futuram damnationem revelaret.

XIII. Nostræ spei certitudo non excludit timorem, optimum quidem, si castum; noxiū, si mundanum; bonum, utilem, supernaturalem, et donum Dei, etiamsi servilem.

XIV. Cariitas habitualis, et gratia sanctificans videtur solùm connataivè distingui.

XV. Rationali creaturæ sempèr, et totò corde, aut actu, aut virtute diligendus est Deus.

XVI. Post ipsum amare præterea debet proximum, quamvis infensissimus hostis sit, quia imago Dei est.

XVII. Luculentissimum porrò Dei amoris testimoniū exhibebit homo, si cultu à verâ, et revelata Religione praecrypto, suum Creatorem prosequutus fuerit.

XVIII. Porro vera, et revelata Religio nulla est, nisi Christiana, quam in Libris Novi Testamenti inspiravit Deus, fundavit Christus, prædixerunt in lege veteri Prophætæ, plantarunt Apóstoli, consecraverunt Martyrum milliones, verissima confirmarunt miracula, fulcivit perpetuum Spiritus S. auxilium, et usquè in finem mundi, triumphum agens de insectatrice saevitia, duraturam perhibetur.

XIX. Quibus ómnibus destitutos Græcorum , et Romanorum cultus non secùs , ac alituam Géntium , qui vel ad Mâsculos Consententes Deos , vel ad Seléctos referebántur ; non illos veræ religiónis effectus dixerò , sed deméntia summae .

XX. Æqua reverâ censurâ; ad Mahumé icam èiam , quæ nimium apud Turcas , et Mauros obnître videtur . Religiónem ampliânda .

C A P . XVIII.

DE DEO INCARNATO.

I. **D**ivinum Verbum , caro factum ex Virgine , in lucem pródiit 8. Kal. Januárias , A. U. C. 749. P. J. 4709. A. 4. Olimpiadis 193. A. Jul. 41. Imp. Aug. 40. Regni Herod. 36. Coss. Aug. XII. et Luc. Corn. Sulla A. 4. ante Æ. V.

II. Pródiit , inquam , in lucem sub Heróde alienigenâ , potiusque Idumæo , quam Ascalonitâ , cuius duplícem Epocham statuamus oppôrret. Unam A. U. C. 714. P. J. 4674. Coss. Domitio Calvino II. et Asinio Polliónē ; quum nimirūn salutatus fuit Rex : alteram post triénnum , quum capta Jerosolyma , et occiso Antigono , summâ retum potitus est A. U. C. 717. P. J. 4677. Coss. M. Vispanio Agrippa , et Lúcio Caninio Gallo .

III. Contigit media nocte natalis Christi in Bethlém Judá juxta Micheæ prophetiam ; et quidem in abjectissimō Bestiarum tuguriō : ubi rēapcè verissimis , nec tantum allegoricis , Bove , et Asino comitatus existit Dei Filius .

VI. En mysterium , Judæis quidem scandalum , Genib⁹ autem stultitiam : Deus homo factus est , ut salvum

vum ficeret Populum suum a peccatis: unde non peccante primō hominē, homo non fieret ipse Deus. Felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem.

V. Eó potissimum tempore impletas fuisse, novimus, Veteris Testamenti figurās, et Prophetarum oracula, in Appendice ad Cap. II. recensitas; quia Desideratum cunctis gentibus, quem omnia prænunciarant futurum, ipsa rei veritas testabatur præsentem.

VI. Dei ergo Filius in unā suā Personā divinam, et humanam naturas indissolubili nexu copulavit, sumens verūm corpus, et elegantissimā præditum specie, non de nihilo, non è cœlo, non aliundè, quām ex Mariā Virgine, quæ vera extitit Θεοτόκος, Spiritus Sancti operā, adversus Heliadianos Hæreticos, absque Viri concubitu fœcundata.

VII. Illeque nexus, seu hypostatica, prout inquiunt in Scholis, Unio in causā est, cùr Christus, etiam cum hoc additō quatenus homo, sit Filius Dei proprius, ac naturalis; Rex spiritualis, et temporalis; Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech; cunctorum hominum Redemptor, ac Mediator; atque Hominum simul, Angelorum, et totius Ecclesiæ Eminētissimum Caput.

VIII. In causā est, inquam, illa Unio, cùr inter utriusque Christi naturæ proprietates, sicut in concreto vera veretur Αὐτιδωσις, latine idiomatum communicatio; ita ut tam verūm sit, Deum fuisse pro nobis natum, passum, crucifixum, et mortuum, quām est, hominem factum.

IX. Quin exinde inferre liceat, divinitatem, et humanitatem invicem permixtas fuisse, et confusas, sed in unā Verbi Personā unitas, suis unicuique sartis tecū servatis juribus.

X. Abstinendum videtur ab illis enunciationibus; „Christus est servus, creatura, homo dominicus, aut défēctus solētis oeconomiae causā; non tamē ab istā“

Chtitus prædestinatus est Filius Dei^c quam verus Augustini discipulus pro virili parte defendendam suscipit.

XI. Idem Dei Verbum, quemadmodum verum corpus, ita et veram rationalem animam assumpsit, ornatam infusam, acquisitam, beatificam, et omnigenam scientiam, unam dumtaxat exceptam, summam divinitatis comprehensivam.

XII. Decoratam præterea sancti ate creatam, et increata; orbatum facultate peccandi; et in amplectenda morte plenissimam præditam libertatem.

XIII. Iisque et animae, et corporis instructus dottiibus, quum ætatis Annum trigeminum attigisset, 8. Idus Január. A. U. C. 779. P. J. 4739. Æ. V. 26. Coss. Lent. Gerulico, et Calv. Sab. baptizatus est Christus.

XIV. Hæc exordii Epochæ prædicacionis illius: cui si triennium, et ferè tres menses addideris, habebis alteram, quæ pro nostrâ salute in Crucem actus est 8. Kal. Aprilis, horâ 3. apud Marcum, quasi 6. apud Joannem, et re bene perpensa, eadem penes utrumque.

XV. De his tandem, quæ ejus mortem præcessere, firmandum superest, verè in horto sudasse grumos sanguinis; non 40. flagellis, sed innumeris cæsum fuisses, sentibus præterea thamnorum acerbissime coronatum, non juncis marinis; suam in Velo Mulieris imaginem expressisse; et probabilius cruci suffixum quatuor clavis.



CAP. XIX.

DE DEO SACRAMENTORUM
A U C T O R E.

I. **Q**uam acquisivit sanguine suo, Ecclesiam, resurgens à mortuis, et in cœlum propriâ virtute descendens, Christus haud relinquit, optimus Sponsus, omni prorsus destinatam, orbataque solatio.

II. Eō enim pacto se gessit, quo providus assulet Medicus, et amantissimus Pater, qui in longinquam Regionem abiuris, de adversa filiorum valetudine dolens, de salute sollicitus, salubria parat medicamina, pharmaca instruit, remedia disponit, quibus, abscedente etiā Patre, pristino comparando roboti consulant, sibique nati de stabili satagant, curentque sanitatem prospicere.

III. Reapse Christus Medicus, Pater, et Redemptor noster est, atque „ homo peregrine proficiscens (ait Sanctus Gregorius,) qui in ea carne, quam assumpserat, abiit in cœlum.“

IV. Porro ægroti filii nos sumus, quorum saluti, summa quidem anxietate actus, prospexit Christus, septem Sacraenta, quasi tota alia pharmaca, per semetipsum, et *immedia* è parans, exhibens, atque instituens, quibus opportune animalium nostrarum languoribus in suo visibili mederetur abscessu.

V. Horum et ó medicaminum naturam, indolem, proprietates, atque præstantiam primo coacervatim, deinde sejunctim non incongruens sese nobis offert declarandi occasio.

VI. Itaque septem tantum sunt in novâ lege sacramen-

menta, ad' salutem quidem necessaria, sed non omnia singulis dignitate inter se disparias atque Vet. Testamenti signis nū neio pauciora, actu faciliora, utilitate præstantiora, virtute efficaciora.

VII. Ergo in Veteri etiam Lege vera extiterunt Sacra menta. Ita quidem; non secus ac in lege naturæ: neutra tamen vim justitiam impertiendi habuere se ipsi s, sed ex opere operantis, prout inquiunt, nisi fallor, Scholastici.

VIII. Ad essentiam novæ legis Sacramentorum spectat, rebus constare tamquam materia; verbis tamquam formam: at nequæ ista forma, nequæ illa materies, æquam habere cum corporeis rebus analogiam, dicendæ sunt.

IX. Ecclesia præterea signatam à Christo cum materiam, tunc formam, immutare non potest.

X. Iis positis, Ministri, qui pro variis variis sunt, dummodo seriò, et ex animo intendant facere, quod facit Ecclesia, verum conficiunt Sacramentum: probi quidem licet, et validè; improbi validè; sed illicite.

XI. Hominis præterea, ad Sacramentorum receptionem rite dispósito, gratiā ea conferunt ex Christi méritis, et ex opere operato, tamquam causa instrumentalis indirecta.

XII. Fideque constat, Baptisma, Confirmationem, et Ordinem imprimere in anima caraciérem, seu indeleibilem notam, quæ probabilius non est ab ipsa animæ subtantia diversa entitas, sed ejus modificatio.



C A P. XX.

D E BAPTISMO.

I. **S**acrum Regenerationis laváctum , quô à sórdibus peccatórum ablúimur , et véterem hominem exuimus , facti nova créatura , novum quē figmentum , cæterorū est jānua Sacramentorum ; nec incóngruè dicitur institutum à Christo , quū ipse in Jordāne á Joánne baptizátus fuit.

II. Ejus materia est aqua naturális , quâ caput saltem baptizándi abluéndum est ; ita tamē ut lótio fiat , aut infusióne , aut immersióne , servatā Ecclesiæ consuetudine , prout in Rituálī Rom. S. Pii V. præscriptum est.

III. Scimus quidém , primis Eccléiaæ séculis , máxi- mè in Hispánia nostrâ trinam immersiónem obtinuisse ; hæc verò circè A. 600. in desuetudinem abiit cæremónia , opportúnō Gregórii M. reseriptō ad Leándrum Hispalis Episcopum ; et paulló póst decretō Tolet. Syndici IV. „proptèr evitandum schismatis scándalum , vel hæré dici dójmatis (Arianórum) usum .“

IV. Formam verò constituant illa verba : *Ego te bap-tizo &c* , à quâ enunciatiua Græcorū : βαπτίζεται ο δέλος τῷ θεῷ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς , καὶ τῷ νεύ , καὶ τῷ αὐτοῦ πνευματος νυν φύει , καὶ εἰς τὰς αἰώνας τὸν αἰώνων ἀμην ; quæ quidém extat in eorum Euchologiō pag. 355. Non viderit pénius divérsa esse .

V. Ad hanc autem in prolatione formæ necessária est expreßa SS. Trinitatis invocatio , ut absque ipsa neminem Apostoli baptizarint , nec valide baptizatum sit umquam .

VI. De Lavácro in nōmine Genitoris , Géniti , et Procedéntis ab utrōque perácto , firmándum mihi est , vali-

validum fore; quām tamē oppōsitum Sētiant An-
gēlicus, et ejus sapientissima Schola, videtur sub con-
ditōne iterāndū.

VII. Nemo potest, ētiām instānte morte, baptizāre
se ipsum: quapropter Ministro uti debet, qui solēnnis
baptismi solus Episcopus, aut presbyter de ejus licen-
tiā ordinārius est, Diaconus autem extraordīnā ius, et
delegātus: privātum vero lavācrum laici ēiam, non
præsente clericō, et nullō extānte māculō, mulieres
coiferte possunt.

VIII. Infidelium pueri, reluctātibus parentibus,
aquā salutari, nisi fortē in aliquibus circūstantiis,
tingendi non sunt: fidelium autēm ablutionem infan-
tium differre, hodiernā die Romāna improbat Ecclesia.

IX. Necessārium omnibus baptismū necessitatē mediī,
et aliquibus etiām præcepti, non aliud supplementum
agrōcir, quām flaminis pro adul̄tis, et martyrium pro
parvulis. De hujus verō causis efficiente, motiva, at-
quē finali lubentissimē in palæstra sermonē institue-
mus; quemadmodū et de æris Campani baptīmo, in
quem hæretici, tamquām superstitiōsum in ritū, te-
merē debacchantur.

CAP. XXI.

DE CONFIRMATIONE.

I. **D**iximus in superioribus, Confirmationē es-
se verum in novā lege Sacramentū: nūc
asserimus probabiliū, post Christi resur-
rectiōnē institūtam fūisse.

II. Cujus essentialis, et adæquata materiæ est, qm̄n
ūntio, Sacrō Chrismate peracta, tūm Episcopi manus
impositio.

III. Utique verō partiali materiæ non aliam depre-
hen-

hendimus respondentem formam, nisi verba, signo te
signo Crucis, confirmo te chrismate salutis &c. " quin
propterea censemus omnino improbandam communem
Græcorum formulam, de qua Euchologium eorundem pag.
360. εφαγις δωρεα πνευματος αγιου : id est Signacu-
lum doni Spiritus Sancti."

IV. Quæ profectò à Simplici Presbyterò, nisi præ-
viâ Summi Pontificis delegatione, (lóquimur de Lat-
nâ Ecclesiâ) proferri supèr confirmandum non possunt;
quippè solus Episcopus est ordinarius hujusce Sacra-
menti Minister.

V. Quicunque baptizati fuere, sive parvuli, sive
ægroti, sive energumeni, sive amentes, quibus lucida ali-
qua intervalla sint, videntur Sacrae Confirmationis ca-
paces: adulti tamen, nisi fidei edicti rudimenta, per
sacramentalē confessionem expiat, oratione dispositi,
ac jejunio, si fieri possit, præmuniti ad eandem acce-
dere non præsumant.

VI. Tandem hujus sacramentū suscéptio ad differen-
tiā Baptismatis necessitate præcepti exigitur, non mediis.

C A P. XXII.

DE EUCHARISTIA.

I. **Q**uüm Pascha Judaicum continuò celebratum
fuerit, etiam atque Christi, Lunâ 14. ex-
eunte Mensis Nisan, firmandum nobis est,
Christum eadē Lunâ, pridie nempe quām
pateretur, et agnum typicum cum disci-
pulis comedisse, et divini Eucharistiae Sacramenti auc-
tōrem extitisse.

II. Non in fermentatō, sed in azymō tritici pane,
metoque viñō, corpus, et sanguinem suum consecravit
Christus; proindequè licita Eucharistiæ matrīa non est
ille, sed iste; quamvis uterque válida.

III.

III. Traditione præterea, et Ecclæsiæ præcepto consit, panes consecrandi, opportere, ut exiles, et rotundi sint; non secus ac vino immiscendam in modicâ quantitate aquam, quæ non in vinum, sed in Christi sanguinem immidiatè convertitur.

IV. Jam Forma non alia importat essentialia verba, quam „Hoc est corpus meum: hic est sanguis meu“ vèl ut græca Versio habet: Θόρο ἐστι τὸ σῶμα μου - Θόρο ἐστι τὸ αἷμα μου. Quæ profecto nedum historice, sed assercione etiam, et significative enunciantur.

V. Iisque super materiam prolatis, factâ panis, et vini transubstantiatione, verisimum Christi corpus una cum verissimô ejus sanguine in Eucharistia continetur.

VI. Ea de causâ augustissimum hocce Sacramentum supremô latitie cultu prosequendum est; honestissime in Tempis asservandum; devotissimè in anniversariâ ejusdem solemnitate, ab Urbano IV. institutâ, celebrandum; et honorificentissimâ processione vel tunc, vel in infraoctavâ per plateas Urbium, et cōpita publica decendum.

VII. Et quamvis certò constet, Diaconos aliquandò jussu Antistitum Eucharistiam, maximè sub vini sp̄cie, dispensasse; nihilominus soli Sacerdotes veri sunt ejusdem Ministri.

VIII. Tenentur adulti semel in Annô int̄e celebrandum Pascha sacram communionem percipere ex Ecclæsiæ præcepto, cui, sacrilegè id exequentes, minimè satisfaciunt.

IX. Ad communionem sub utrâque sp̄cie nullò præcepto obstringuntur láici; quin pótius, quum in quâvis totus sit, et integer Christus, opiné se gessit Ecclæsia, láicis ob gravissimas causas usum Càlicis interdicens.

X. Præterea, Christus hoc sacramentum instituens, et verum obtulisse sacrificium, et Apóstolis jusisse, ut idem in sacrificium offerrent, dicendus est.

XI. Est ergo Eucharistia verum, etsi in cruentum

sacrificium, summè propiciatorium, "et tam pro vivis,
quam pro defunctis, exceptis damnatis, et Sanctis cum
Christo regnantibus, immolandum.

XII. Quod in Ecclesiâ latinâ sacrificium, nōmine Mis-
sæ insignis consuevit, de cuius multiplici genere, Do-
minicali nimis, Feriali, Ambrosianâ, Illiricâ, Mo-
zarabicâ, Solemni, Privatâ, Siccâ, Bifaciâtâ, Præsan-
tificatorum &c. atténtis Missalis Români, et aliorum Rû-
bricis, aliquantulum fari parati sumus.

CAP. XXIII.

DE POENITENTIA.

I. **D**Uplicem agnoscimus Poenitentiam; Virtutem
nimis, divinitus inspiratam, et novæ
legis Sacramentum, à Baptismô diversum,
quò judiciariâ potestate peccata solvuntur,
lapsis ad salutem necessarium, et institutum à Christo
præcipue, quùn in Apóstolos insufflans, dixit,, Acci-
pite Spiritum S. &c.“

II. Tria (quasi materia) ex parte poenitentis in ip-
sô requiruntur, cordis contritio, oris confessio, et
óperis satisfactio: ut pateat, nèc terrores incusso, ni-
mirùn ab hereticis exaltatos, partes hujuscce Sacramenti
appellandos.

III. De dolore scribendum videtur, nedùn Tridentinam Synodus, sufficere attritionem servilem, non
definiisse; verùn etiam firmissimo nobis esse præsidio,
qui à Scriptura, Patribus, et Cl. Theologis edocti,
arbitramur, necessarium præterea esse amorem initialem,
et inchoatum, ut venia peccatorum, et gratia sancti-
ficans adipiscantur.

IV. Extat in Scripturis divinum de Sacramentali
confessione præceptum, eaque necessitate medii exigi-
tur

tur ab iis, qui candorem, in baptismo receptum, lethali culpâ foedaverint.

V. In eâ aperiri debent mortalia omnia; circunstantiae præterea, sive speciem peccati mutantes, sive valde aggravantes: non tamèn criminis complex, nisi confessionis integritas exposcere videatur.

VI. Mutis, prodituris conscientiam, deserviunt quidem nutus: nemini autem litteræ, per quas emmisæ confessio, nec valida, nec licita umquam fuit.

VII. Ignotus nobis est modus, quo aliqua confessio valida simili esse queat, et informis.

VIII. Verba tantummodo,, absolvō te“ videntur essentialia formæ, à quibus Græcorum patrum discrepant, quæ habentur in Euchológico Goartii pag. 678. : nimirum Eγα δε συγχωρει τοι πασας τας αμαρπιας οτι: Ego vero condono tibi omnia peccata tua.

IX. Quibus verbis non declarat Sacerdos, à Deo peccata remissa fuisse, sed verè ipse, uti Dei Minister remittit.

X. Vides ergo, Sacerdotes esse hujuscce Sacramenti Ministros: et reapse tam eximum munus primùm competit Episcopis, et deinde Presbyteris.

XI. Ii tamèn, excepto mortis agone, nisi ultra ordinis potestatem, jurisdictionis etiam ab Episcopis obtinuerint, haud quaquam poterunt absolutionem, & remissionem ab erratis impertiri.

XII. Tenenturque omnes, auditam confessionem altissimi silentii sigillo obtegere, cuius fractio foret, cum naturalis, tum divini, et ecclesiastici juris violatio.

XIII. Vir probus, omni sensatione de repente orbatus, eaque de causâ nullum exhibens poenitentiae signum, videtur absolvî posse sub conditione.

XIV. Quamprimum confiteri opponēbit, quicunque demum ille sit, qui se lethalis peccati reum cognoverit.

XV. Debet Confessarius penitenti satisfactorias penas injungere, isteque lubenti animo subire ab ædifi-

cationem Ecclesiæ, redemptionem peccatorum, et injuriatum, quas Deo intulit, compensationem.

CAP. XXIV.

DE EXTREMA UNCTIONE.

I. **V**erba illa „infirmatur quis in vobis“ &c. quibus probant Théologi divinò S. Jacobi Apostoli testimonio Extrémam Unctionem intèr cætera novæ legis Sacra menta numerandam esse, invictè id ipsum adversus Luthérum, et Calvinum ostéadunt.

II. Institutam eam, et quidèn immedià è à Christo credimus, priùsq; in cœlum concéderet.

III. Cujus matèria est óeum ex olivis expréssum, et ab Episcopo jure ordinariò, vel à Presbytero, Summi Pastoris auctoritatè suffulto, consecratum.

IV. Matèria, inquam, remota; proxima enīm est ipsa ægrotantium unctio, quæ septuplex ex Ecclesiæ ordinatione esse debet, quamvis ad Sacramenti essentiam única sufficere videátur.

V. Deprecatória intèr ungendum forma, quâ nūnc uitur Ecclesia, áptior videtur præ indicativâ, à Veterum usurpata plerisque.

VI. Ea propriez maximi æstimanda est ea Græcorum formula, quam nonnulla p:æscribunt Euchologia apud Petrum Arcudium (lib. 5. Concord. pag. 393.) videlicet: Πατερ ἡγε :::: ιασται τον δὲλον σὲ τούτε εὐ της περιεχεῖταις ἀυτον σωματικῆς, καὶ ψυχικῆς αἰτενίας: id est: Pater Sancte :::: sana servum tuum hunc ab illa, quæ ipsum detinet, corporis, et animi infirmitate.

VII. Græca vox Πρεσβύτερος, Presbyter, quâ utitur Jacobus, designans in ejus Epistola hujus Sacramenti Ministrium per hæc verba: „inducat Presbyter-

ros Ecclesiæ &c.“ illa, inquam, græca vox non significat seniorem ætatem, sed Sacerdotem.

VIII. Cui proinde adeò proprium est unctionis ministerium, ut illud unquam Diaconis fuisse commissum, nullibi deprehendatur.

IX. Infirmis taniūm, iisque adultis, conferri debet Extrema Unctio, novâque succedente ægritudine pluriē absquè piaculo iteranda.

X. Ejus primarii effectus sunt peccati reliquiārum expunctio, animi allevatio, et corroboratio; nec non corporeæ sanitatis, si spirituali expadiat, restitutio.

C A P. XXV.

D E O R D I N E.

I. **N**Edum Scripturâ, verum Latinorum, Græcorumque PP. traditione, aliisque momentis ostenditur, Ordinem, quō Sancti Ecclesiæ Ministri inaugurarunt, esse verum, ac proprium novæ legis Sacramentum.

II. Ille, unus quidem genericè, septem specie diversos sub se complectitur Ordines, qui à primis sæculis obtinueruot in Ecclesiâ Latinâ.

III. Et quamvis ab eâdem Epochâ usum capillorum Tonsuræ petendum existimemus, nulla tamén ratio nos cogit, eamdem in sacrorum Ordinum censum referte.

IV. Non id ipsum de 4. Minoribus, et Hypodiaconatu sentimus, quos veros Ordines, veraque esset Sacramenta, probabilius apparet.

V. Quid profecto de sacrô Diaconatu nefas esset in dubium vertere, qui et Ordo hierarchicus est, et ab Apostolis septem electis Viris Sacramentali manuum impositione collatus.

VI. Sacerdotalis Ordo, verissimum et ipse Sacra-

men-

mentum, non ob solam prædicationem Dei verbi, sed ulterius ad Missæ sacrificium, et absolutionem à peccatis conferuntur.

VII. Ep copatus Sacramentum est à Presbyteratu distinctum; sed ambo sub unius Sacerdotii nomine comprehenduntur.

VIII. Ab Apostolorum ævo tam ordine, quam dignitate fuerunt Episcopi Presbyteris superiores.

IX. Chorépiscopi, quorum instituto ad séculum III. et extincio ad XI. referenda est, suâpte natu: à meritu fuere Presbyteri, etsi aliquando, et per accidens Episcopali dignitate insigniti. Eorum umbra in Abbâibus, mytra, et pastorali utentibus, et 4. Minores conferentibus, etiamnùm perseverat.

X. Circa Ordinum materiali, et formam in tantâ opinionum varietate, ut vix duos, sive præstantes Theologos, sive JCC. eximios eâdem incedentes reperebim, quibusdam affirmantibus, eam esse porrectionem instrumentorum, et istam, quæ illi responderet, orationem; aliis autem reprobantibus, solam manuum impositionem materiam esse, et formam ea verba „accipe Spiritum S. &c.“ in tantâ, inquam, opinionum varietate, quum nihil ephebum jûvenem determinare me posse sentiam; singulorum sententias expónere, et inter se mutuo conciliare, si vires sufficiant, curábo.

XI. Jam de Sacrorum Ordinum Ministro scribimus, Abbâtem, ab Episcopo benedictum, posse extraordinario jure Minorés conferre; et fortassis speciali R. Pontificis delegatione Hypodiaconatum etiàm, et Diaconatum, prout legimus, Cisterciensi Diœcesis Cabillensis Abbati ab Innoc. VIII. Anno 1489. concessum fuisse.

XII. Episcopatus aurèm à solis Episcopis ministrari validè potest et quidem pluribus ex Ecclesiæ præcepto.

XIII. Validè ordinationes habet Episcopus, quamvis hereticus, schismaticus, excommunicatus, vel alia quævis ecclesiastica censura irriteritus.



XIV. Quidnam autem de Præsulibus Anglicis descendit, iis maximè, qui hodierna die ritu illegitimo, et irrito inaugurati, eodem prorsus Sacerdotes, et Altaris Ministros consecrant? Puranus, nè validè quidem sacras ordinationes perageant.

XV. Fœmina, non secus ac Vir, sacro nondum baptismo regeneratus, ordinum censemur incapax charactere iniciari.

XVI. Non persistit, et quidem numquam persistit, homini reluctantis collatus ordo.

CAP. XXVI.

DE MATRIMONIO.

I. Matrimonium honesta res est, juri naturæ, etiā divino summopere consentanea; signum præterea, rei sacrae; effecitx etiam gratia unionis causa, et verissimum in nova lege Sacramentum.

II. Illius proxima materies sunt ipsi contrahentium actus, legitimusque contractus, quō per mutuum consensum exterius manifestatum, jus in propria corpora transferunt.

III. Ea tamè lege, ut validus censematur contractus, etiamsi nulla intersit utriusque in carnale commercium consensio.

IV. Lethali culpâ sese illigant, (communi èr loquendo) filii, qui invitit parentibus matrimonialem inuenit conventionem.

V. Quæ præterea per Procuratorem secundum legis prescripta inter absentes celebrata, nihil ultra, ut valida, et sacramentalis evadat, exceptare videtur.

VI. Non officit alterius contrahentis inter præstant dum consensionem simulatio, quominus et uxorem duce-

.VII.

re,

re, et prolem ex eadem susceptam procreare cogen-
dus sit.

VII. Auctoritatem habent seculi Principes statuendi
impedimenta, matrimonium civilem contractum diri-
mentia, quorum impositio, si de eodem Sacramento
sermo sit, jure censetur Ecclesiae propria.

VIII. Hinc irrita declaranti Tridentinæ Synodo clama-
destina conjuga, nec facultas deesse potuit, nec æquis-
sima causa.

IX. Videtur probabilius, solemne religionis votum,
non suâpte naturâ, sed jure tantum ecclesiastico, Ma-
trimonium dirimere.

X. Quemadmodum et hujus Ministru m esse contra-
hentes ipsos, non Parochum.

XI. Jure naturæ verita est Polygamia: nihilominus
culpandi non sunt Antiqui Patriarchæ, qui pluribus
uxoribus usi fuere.

XII. Matrimonium consummatum omni tempore fuit
indissolubile, adeò ut nequidem per libellum repudii,
Judæis à Môyse propriè duririem cordis permisum,
ejus ligamen solveretur; quemadmodum nec solvit in
lege nova per adulterium: ratum autem ex religiosa
professione nullum evadit.

P. A.

NON excidit hactenus memoriâ, firmatum à nobis
fuisse, (Cap. IX. Numm. I. et II.) sum-
mopere in Théologo commendari, ac veluti
operæ præmium æstimandam omnis Historiæ,
sive Ecclesiasticæ, sive Prophanæ cognitionem: de cuius
exquisitâ notitiâ, arbitramur, quicumque demum Chrono-
logiæ, et Critices præceptionibus orbatus fuerit, posse sibi
blandiri neminem. Huic verò æquissimæ Positîoni, qui pro-
bè novimus, quantum chronologicis computis, et històricis
nat-

350

natiq[ue] lumen, et splendorem accedit ex AA. Numismatum, et Monetarum investigatrice doctrinâ addendum præterea existimamus, hanc etiam à Theologiae candidatis opportere utilissimam expeti; nec sine gloriâ à Viris Sapientibus excultum iri præstantissimam disciplinam. Omibus porro, qui eâ de re egregio, copioso, nec inconcinnô stylò dissetuisse videntur, palmam jure præripuisse dixerim tria Hispânicae Nationis ornamenta, Vincéntium Jó. Lastanósam, Antónium Augustinum, et Henticum Florézium, qui unânimis Eruditórum suffragiô tantiū Scriptores intèr ceteros èminent, quantum lenta solent intèr viburna cupressi. Ille quidem Patrius Oscensis in *Numismáticō Musæo* secundus in *Dialogis de Monétis Tarragonénsis Antistess* atque iste, *Augustinianæ Religiónis decor*, in aureo de *Veteribus Monétis* opere eō quidem eruditioñis délectu tam sublime negórium persecuti fuere, ut dignissimi proprieà, quos Tyrónes non minima curâ consulant, et diurnâ, nocturnâque manu Præceptores evoluerint, censeantur. Enim vero isthac omnia jugi animi meditatione perlustrantibus, non incongruum nobis, aut intempestivum vidéri unquam potuit, si nonnullis saltetem eorum, quæ de suô Viri celeberrimi protulere gazophylaciō, nostras Theses díscere satagánus, atquè inter ineundum agónem ipsa etiā tuenda, defensandaque proponamus. Ergo lubenti quidem animo sermonem texemus, sive metrum, sive solutum de Antiquis Hispâniae Nostræ Civitatibus, quæ Monetas cu-dendi legitimô jure potiebantur: verba dein faciemus de insignibus, vexillis, trophæis, et stemmatibus in plerisque nummis insculptis; mox de priscis earundem Urbium, et receptioribus nominibus; postremo de eatum situ, et clymate, inspectis longitudinis, et latitudinis gradibus. Utinam promissis, quemadmodum voluntas, ita et ingeniolum nostrum stare possit.

O. S. C. S. R. E. ET ERUDITORUM CRITERIO.

M.C.D. 2022

M.C.D. 2022

M.C.D. 2022

M.C.D. 2022